Tabula huius libri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶ Incipit libellus de conseruatione sanitatis: secundum ordinem alphabeti distinctus: per eximium doctorem magistrum Benedictum compositus.

¶ De Aere. Capitulum primum.

Ummo decet studio emergentes morborum insidias deprimi: vt propria temperie et proportionali harmonia sanitas conseruetur: quia nihil preter animorum virtutes melius aut optabilius humano generi a natura tributum est. Nec ipsi animorum actus aut potentie absque corporis sanitate perfici possunt. Frustra etenim egrotante corpore ad virtutem aut scientiarum gymnasia conaremur. Sed illorum maxime attendenda est sospitas: qui non solum sibi: sed gregi populorum viuunt. Hinc est Beatissime pater: quod digniori solertia ad vestre sanitatis conseruationem operam dare decet. quod omnipotentis auxilio infrascriptis regulis assequeris. Studendum primo pro frequentatiori habitatione quantum facultas aderit puriorem et salubriorem aerem in prouincia vestre gubernationis eligere: quod non solum ad sanitatis conseruationem: sed ad intellectus et rationis perfectionem cedet. Antiquorum quidem ostendit auctoritas et experimentum comprobat quod impurus et grossus aer non solum corpus: sed intellectum ingeniumque hebetat: et rubigine quadam fere singulas animales virtutes obtundit. Ideo refutandus est clausus et non euentatus aer et habitatio profundarum vallium et locorum vbi est propinquitas aquarum lacunalium dormientium et cenosarum paludium. Licet enim Philosophie demonstretur impossibile esse purum aerem aut aliquod elementorum simplicium putrefieri. Tamen si terrestribus et aqueis vaporibus sit admixtus fit grassior et impurior et redditur putrescibilis: et tanto nocibilior existit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

quanto deterior est materia vnde fit euaporatio. Immo intantum aliqñ ex quibusdam mineralibus aquis et terris venenosis inficitur vt aues desuper volantes quadrupedia et hoïes transeuntes illico interficiat. Nec mirũ quia ad cor subito attingit inspiratus aer. Quod cũ sit nostre vite fons et singularum virtutũ origo suscepta venenosa infectione interijt. Eligatur igitur omni tpe purus aer et fm diuersam animi partem in suis qualitatibus temperatus. Estate qdem habitetur locus puri et clari euentati et subtili aeris ad temperatam frigiditatem declinantis. detecti etiam versus orientem et septentrionem: qui nõ tarde calefit dũ sol oritur: et cito infrigidatur dum occidit. Frigidiori vero tpe possunt habitari loca frigidiora nõ tante euentationis: montibus a Borea et Septentrionali aere defensata: ad temperatã caliditatem declinantia. Qđ si oportunitate gubernationis vestre contigerit ad aliquã terrarum pestilentis aeris vos transferre cauenda est habitatio loci multe euentationis: quoniam ibidem per anhelitum et poros venarũ pulsatilium fit facilior in corde venenosa impressio. Immo eligenda est domus clausarum mansionum que primo per diem ante rectificetur cũ accensione ignis in medio salarum: et vestre camere ex lignis iuniperi aut quercus aut myrti aut cupressi aut vitium et cum fumigationibus thuris et modico myrre: aut alijs ab auctoribus in eandem materiam ordinatis. Extincto tandem igne et mundatis bene mansionibus: si estas fuerit aut autumnus aspergantur ex herbis recentibus non multarum humiditatum et aquaticarum: sed ex folijs cannarum viridum. salicis. vitium aut myrti aut similium: irroratis cum aqua frigida et aceto: obseruãdo alias regulas necessarias a pestiferi aeris nocumento preseruantes. Etiam stante optimo aere in prouincia dum terras gubernatõnis vestre visitare contigerit: bonum est vt per diem ante rectificetur aer vestre habitationis ex accensione predictorum lignorum suffumigatione foliorumque aspersione et predictarum rerum irrogatõe. Nam aer nõ habitati palacij qui diu clausus stetit potuit facili

ter aliquarum malarum qualitatum ⁊ putridarum affectōnum
suscipere: quas melius est ante vestrū accessuʒ rectificare. Ignis
quidem ⁊ maxime odoriferis ex lignis omnium putredinum ⁊
qualitatum aeris est rectificator bonus. Omnes igitur aeris dis
temperantie fugiende sunt: quia cum aer sit nostre vite necessa-
rius: ⁊ principaliter vt sua inspiratōne pulmone flabellante cor
dis calorem refrigeret ⁊ euētet ne ad igneitatem perueniat: ⁊ vt
sua inspiratione a fumosis ⁊ capinosis vaporibus cor mundifi-
cet ⁊ expurget feliciter adillam distemperantiā cor induceret:
aut membra alia ad que per poros ingredit̄ ad quā distempera
tus existeret. Et presertim fugienda sunt caumata ⁊ rabiosi calo
res estiui: quia corpora resoluūt. digestionem ⁊ appetitū cū an-
xietate debilitant. innatum calorem exaltare faciūt. ⁊ humores
ad putrefactionem preparant. Et venti quidem meridionales si
milia fere accidentia euenire faciunt: ⁊ cum hoc caput grauant:
atq̧ auditum obtundunt. Ideo ab eorum expositione cauendū
est. Et propter hoc antiqui estate preceperunt loca recētia habi-
tari: aut palatia que versus Boreā ⁊ Septentrionalem regioneʒ
amplas ⁊ apertas fenestras habeant vt libere habitanda domus
Septentrionali aere inspiret̄. Ab intentissima etiam aeris frigi
ditate caueri decet: nam licet remissum frigus digestionem for-
tiorem efficiat ⁊ naturalem calorem ad interiora vniendo vigo
ret: attamen dum intensum est ⁊ proprie flante borea naturaleʒ
calorem mortificat. dolores neruoruʒ. tusses. catarros. pectoris
atq̧ vesice passiones inducit. Tunc qdem precipit̄ bene clausas
habitari mansiones ignis accēsione calefactas ⁊ corpus cū den
sis vestimentis ⁊ pelliferis a tali alteratōe tueri. dūq̧ ignis vsuʒ
oportunū faceret cauendū est a nimia calefactione supflua. Di-
ligenti igitur attentione cauendū est si temporibus frigidis con
tingeret dormire vel habitare in camera aut mānsione testudino
sa ⁊ vndiq̧ intrāspirabiliter obserata: ne permittatur ignis car
bonum intus accendi: quoniam temporib⁹ nostris aliqui fumo
⁊ venenosis carbonum vaporibus in locis ꝓhibite transpiratio

nis perire. ꝛ plurimi propter celerem succursum mortis periculū euasere. Contingit dum essem Perusij: quidam scolares mei me ad eorum socium celeriter conduxerunt: quem absqꝫ sensu ꝛ lo/quela dimiserāt ob id ꝙ in testudinosa sui studii mansione ignē carbonum habuerat: qui in aere euentato fricatōnibus extremorum ꝛ odoribus cerebrum confortantibus illico sensum ꝛ loquelam recuperauit. Eadem hyeme apud carcerem officij mercātiarum Florentie oēs carcerati iam soporati perijssent: nisi vnus illoꝝ minus a venenoso fumo lesus ꝓpter esse iuxta carceris ostiū miserabili clamore auxiliū inuocasset. Qđ si oportunitas ad necessitatem ignis carbonū induceret: aperiende sunt fenestre frequenter aut ostiū vt venenosi fumi valeant expirare: Nam vitrū quod ex cōsuetudine inter carbones imponit̄ parum prodest.

¶De Exercitio ꝛ quiete superflua ꝛ ociosa maxime euitanda. Cap. ij.

QUoniam temperatū exercitium ad sanitatis conseruationem singulare auxilium prestat: ideo superflua ꝛ ociosa quies veluti sanitatis inimica euiteт̄. Sicut rubigine ferrum consumit̄: sic ocio humanū corpus marcescit. Ipso nāqꝫ naturalis calor obtundit̄: spiritus ingrossatur: ꝛ superfluitatū resolutio impeditur: quod etiā humoꝝ putredinem preparat: bonas complexiones permutat: ꝛ ad varias egritudines viam prestat: a quibus per ordinatū exercitiū preseruamur. Ipm etenim multis a morbis humana preseruat corpora: supfluitates cuiuslibet digestionis aut insensibiliter resoluit: aut expulsioni habiliores facit. Quapropter ab assumptiōe medicinaꝝ solutiuaꝝ que vt plurimū venenositate participant ꝛ corpus inueterāt nos excusat. Prohibet materias ad repletionem aggregari: calorē innatum viuificat. digestionem preparat: membra ad nutrimenti susceptionē habiliora facit: ꝛ oībus membris in suis operibus agilitatem prestat. Studendum est igit̄ ad vsum laudabilis exercitij: quod nunq̄ fieri debet inanito ꝛ famelico multū corpe: neqꝫ de propinquo nimia crapula repleto: sed respectu cibi ad inferio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

ra descensio celebrata ima primū digestione secunda que sm va
rias complexiones ⁊ varias ciboꝝ qualitates diuersimode pro
longantur. Condecens est igit exercitij celebratio dum propin
qua futuri cibi hora adueniet. Primo tñ experiēdo vt corpus ab
egestionib⁹ ⁊ vrinali superfluitate mundet. Illa quidem exerci
tia iuxta Galieni doctrinam in libello de parua spera eligenda
sunt: que non solum corpora laborare faciunt: sed letam animā
reddere possunt. Multi vt inquit liberati sunt ab egritudinibus
gauisi solum: multi vero capti fuerunt tristati. Ibidē Galienus
laudat inter cetera electa exercitia temperatum ludum parue pi
le: non vt illum honestati Beatissime pater vestre congruum sit
describitur: sed vt nota illius bonitate innotescat quale exerciti
um eligere valeas: ⁊ ad quid se possit extendere religionis bone
stas. Illud exercitium laudabilius existit: vbi est singuloꝝ mem
brorum proportionalis labor. Non enim omnia membra tantun
dem laborare decet. In ludo quidem parue pile omnia exercen
tur membra: ⁊ in eorum labore est iusticialis proportio. Nam ti
bie ⁊ brachia magis laborant. Caput autem: dorsum: pulmo: to
rax: lumbi ⁊ mens etiā solatiose eorū naturalem exigentiam mo
uentur. Ideo scriptorum labor ab omnibus blasphematur: quia
mens solum ⁊ brachia laborant. ⁊ sic tantum a bonitate exercitij
ars deficit quantum laborem inter cetera membra minus eque
distribuit. Iuxta ergo predictum modum vt possibilitas aderit
decet venationem: ambulationem: equitationem ⁊ exercitorum
quodlibet obseruare. Sistendum est ab exercitio dū nimis ex la
bore frequentatur anhelitus: ⁊ dum tediosa incipit fatigatio: vel
dum notabiliter membra supercalefieri cōtingit. Perseuerari ta
men potest exercitium vsq; ad lassitudinem exclusiue. Qđ si tūc
sudor fuerit: bonum est in camera clausa in loco pānos calidos
sudore madefactos ante corporis infrigidationem exui: ⁊ binda
subtili leuiter fricari. ⁊ a superfluitatibus sudoralibus abstergi:
⁊ illico pānis lineis recentib⁹ reuestiri: prius tamen calefactis si
tpis adesset frigiditas. Caueatur quantū possibile est supfluus

labor. Nec te iuuentus aut corporis robur decipiat vt sanitatez negligas. Tunc quippe de sanitate auaros esse decet dum multum sanitatis habemus: Nam tarde ad auariciam sanitatis incurrimus dum senescim9 aut egrotamus. Qd si emergenti conditione prouincie vt armatus aut inermis velut solet aut apud venationem fatigari contingat. Cauendum est ne quies post laborem fortem in loco minus euentato τ a ventorum aeris distillati expositione. Nā tunc facilime in complexione vestra τ maxime rarefactis poris ad interiora corpis penetraret aeris distillatio: quod aduersarū egritudinū dispositionem induceret. Pectinare insuper τ leuiter panno caput fricare singulis dieb9 post resurrectionem demane τ semel ipm abluere in septimana ieiuno stomacho: τ cutem capitis τ capillos tersos habere bonū est. Cerebrum enim a caliginosis τ superfluis vaporib9 depurat τ solertiorem mentem facit. Pedes preterea abluere semel in septimana de sero aut ante cenā aut in hora accubitus: dum cōtingit ex ieiunio non cenare: aut demane capitis fricatione ex vino decoctionis rorismarini. saliue. cyperi τ similium in hyeme. τ in estate frequentius eisdem horis aqua tepida decoctionis rosarū foliorum myrti τ similium: bonum erit. Tranquilliorez enim somnum prestat: caput τ membra sensuuz exonerat. ascensuros etiaz fumos ad inferiora diuertit τ superiora depurat. A balneatione autem aquarum sulphuriarum τ mineralium nisi aliqua impellat emergens passio: cauendum est. Sanis quidē nocet virtutes membrorum principalium τ appetitum debilitando. Quod si ablutionis causa has aquas aut marinas intrare contigerit caueat ab infusione capitis: τ statim facta ablutione antea q̄z cutis ruborem accipiat exeat aquam. Caueatur etiam a balneatione aque actualiter frigide. quod si ꝑpter sudorū vestigia aut cutis superfluitates quandoqꝫ balneari libuerit: si in estate fuerit sit tina cum aqua tepida ubi parum perbullierint rose. myrtus. capillus veneris τ similia. In hyeme vero bonū est ingredi stubas nō tamen multum supercalefactas. τ facta ablutione τ leui abs

tersione: attendatur ad bonam pannorum coopertura m: ne tūc ad membra attingeret aeris frigiditas. Attendendū insuper est ꝙ stube in pestilenti tempore prohibent̄. Tum qa facilius fit humoꝝ ebullitio. Tum qa venenum socijs in mansionib⁹ testu dinosis ⁊ maxime corporibus nudis ⁊ supcalefactis facilime cō municatur. Ex uno enim infecto anhelitu omnib⁹ socijs posset fieri contagium: qa quem īmundus expirat aerem illico inspira re necesse est. Nec balneatio subito post laborem esse debet: sed requirit horam ⁊ stomachum nec inanitū nec repletum: sicut de exercitio dictū est: nisi de illo de cuius intenderetur impingua tio: quem medici precipiunt balneare subito post cibum. Balneū enim ieiunū ⁊ famelicum macrefacit ⁊ exiccat. Si in eo multum moretur: saturū durante saturitate impinguat. sed cauere debet ille qui impinguationem querit a facili euentu opilationum ex balneo in saturitate: qa sunt multaꝝ egritudinū productiue.

De Somno ⁊ Uigilia. Cap. iij.

SIcut oportunū est ad sanitatis conseruatōnem motibus ⁊ exercitio quietem proportionalem fieri: sic uigilijs som num proportionari decet. Multū etenim quieti somnus ⁊ uigilia motui similis existit. Licet insit homini uigilia alter natim aut somnus: creauit tñ eum altissimus ad uigilandū po tius ꝙ̄ ad dormiendū. Ex bonis qdem humani generis finibus est operatio: nec ad operā studet nisi uigil: ideo philosophi uigi liā esse dixerunt dispositionem uiuentis: in qua naturalis calor ad exteriora expanditur ⁊ aīales spūs ad instrumenta sensus et motus effundunt̄ ut eis ad operationē utant̄. Nec diu uigilare possum⁹: nec ad operationes post longas uigilias apti sumus. Quapropter a supfluis uigilijs summo studio cauendū est. Ipse enim dū supflue sunt uirtutem ꝓsternunt. digestionē faciunt di minutā. naturalem calorem ⁊ spūs resoluunt. visum debilitāt ce rebrū exiccant. rōnem ꝑmiscent. corpus arefaciūt. ⁊ ad diuersas

egritudines ipsum preparāt. Ideo peroportune fuit somni interuentio. Temperatus etenim somnus restaurat spiritus in vigiliis resolutos: calorem vigorat innatum: lassitudiem ex laborib⁹ & vigilijs inductā remouet. & omnes naturales operationes fortiores efficit: sicut narrat Aristoteles in libello de somno & vigilia. Opus nutritiue virtutis dormiēdo potius q̄ vigilādo pficitur. Ideo antiqui copiosius cenabant q̄ pranderēt: q̄a cene propinquior est nox: in qua propter somnū perfectior celebratur digestio. A nimio insuper somno caueri oportunū est: q̄m dū superfluit corpus grauat. virtutes motiuas & sensitiuas obtundit. appetitum deijcit. capitis grauedinem inducit. tandem ad egritunes frigidas & catarrales preparat: nō q̄ somnus meliorem digestionē nō faciat: sed superfluitatū resolutionē phibet. Et vigilia meliorem q̄ somnus appetitum inducit: non q̄ meliorem digestionem efficiat: sed q̄a superfluitates resoluit & virtuti expulsiue auxiliū prestat. Omnes fere superfluitatū euacuatiōes somnus retinet: nisi q̄ aliq̄n sudores puocat. Ideo attentōne dignū est vt medici consilium postuletur. Si contingit Sanctitatē vestram in somno absq̧ manifesta causa sudare. Nam tunc aut corpus cibum: vltra q̄ oporteat suscipit quem tolerare nequit: aut euacuatione indiget ne in futurā egritudinem preparetur. Ad sanitatem igitur conseruandam somnus vigilijs subordinādus est. Proportōnalis eteniʒ somni quātitas est inter tertiā & quartam nostri temporis parteʒ. Complexioni tn̄ tue satis est sex aut septem dormire & .x. & septē in qualibet die naturali vigilare. Caueat a subito somno post cibū: quia stomachum & caput grauat catarros multiplicat. reuolutiones de latere in latus frequētat. somni profunditas interrumpitur. & digestio impeditur. Bonū est igitur illico post cibi assumptionem non capite aut dorso inclinato: sed fere rectius sedere. aut stare. aut absq̧ labore lentissime ambulare quousq̧ prima digestio celebret̄ & de stomacho ad ventrem cibus descendat: ita q̄ inter cibum & somnū duarum horaꝝ distātia interueniat. in quibus horis laudabile est a menta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

libus occupationibus precaueri: qa meditationib9 naturalis ca
lor a digestione distrahitur. et cerebrum quod cogitatiue virtu-
tis organum existit laborat et facilime supercalescit et aptius ad
uapores et catarrales materias suscipiendas reddit. Id igit pa-
rum tps sanius est in placitarũ rerum aspectu et solaciosis ratio
cinijs occupare. Quantũ possibile est caueri debet diurnus som
nus: qui ab omnib9 auctoribus blasphematur et debilitat appeti
tum. humiditates catarrales multiplicat. colorem bonũ corrum
pit. corpus fere totum ad pigritiam impellit. Qz si diurni somni
vetusta affuerit consuetudo: potest in meridie concedi tota esta-
te apud dierum magnitudinem per vnam horam: que cum septi
ma uigilia compensetur. ne celebretur in plumis nec ubi accidit
nimia soporis calefactio: sed sit locus ad frigiditatem decliuis
supradictis uirẽtibis herbis aspersus. Et exutum dormire in die
aut saltem de maspillata diploide et decalceatus cruribus et pedi
bus minus malum est: nam cum conclusis vestibus et calceamen
tis dormire impedit euaporationem: que propter diei caliditatẽ
in somnum fieret immo fumus ad interiora reflectit: qui quan-
doqz membrorum et capitis grauedinem inducunt. digestionem
impediunt et somnum inquietant. Malum insuper est post lon-
gam famem inanito stomacho dormire: quia non fit spiritibus
in uigilia resolutis tam bona restauratio. et uitam breuiorem effi
cit: nam calor et spiritus qui propter somnũ extrema derelinquẽ-
do ad interiora recluduntur ex maiori unione in eoz actiua vir-
tute intenduntur et vigorantur nõ reperiendo nutrimentum in
quod agere debent in humidum radicale: quod est ĩnati caloris
pabulum: vertitur actio: ipsum ultra qz oportunum sit resoluen-
do et terrestrificando. qd ad breuiorem uitam auxiliũ prestat. Me
lior somnus quẽ preeligendo debemus est nocturnus. Ex tem-
poris quidem dispositione. ex tranquillo qdem silentio. ex obscu
ritate. et ex aeris frigiditate multas in se quas narrare omitto bo
nitates aggregat. et ille ppie q profundus est cũ exiguo strepitu
non excitatur. Interrumpere enim somnũ nociuũ est. A digestio

ne quidem naturam cessare facit ⁊ discontinuatur eius actio in
nutrimentum ex melioribꝰ figuris· Accubitus in somno apud
dispositionem vestri stomachi ⁊ debilem eius digestiuam est pri
mo super ventrem ⁊ stomachum dormire· paruulum ⁊ molle pul
uinar sub stomacho amplectendo· ⁊ maxime dum scires cibaria
difficilioris digestionis comedisse· Talis enī accubitus magnū
in digerendo auxiliū prestat· calorē naturalem uigorat. nec tot
flegmata generari ꝑmittit in stomacho· Cessari tñ debet pului-
nar quantum possibile est ab epatis regionē in parte dextra: ne
nimiū epar tali accubitu supcaleat· Qꝫ si aliqñ aliter dormire li
bet: proximo somno super latere dextro incipiendū est· deinde in
sinistro iuxta possibilitatem in dextro latere requiescere· Cauen
dum insuper est a resupina dormitione: qm̄ ad incubū ⁊ catar-
rales ⁊ humidas preparat egritudines· Supfluitates enim que
per ꝓprios cannales vt per palatū nares ⁊ hmōi fluere debent:
ad posteriores cerebri partes declinare facit· memoriā ⁊ motiuo
rum neruoꝝ radices replet impedit ⁊ obtundit. Supinus prete-
rea accubitus rectā aeris inspirationem impedit· Fumosi etiam
vapores qui ab inferioribꝰ partibꝰ ad mediū capitis velut ad to-
tius corporis caminū tendunt· ad anteriorem cerebri partē que
in tali accubitu superextitit reflectunt̄· qui dum in humiditatē cō
uertuntur nō habent rectā descendendi viam: sic etiā illi parti
impedimentū prebet· Dormiendū igit̄ est capite eleuato propor
tionaliter cū pectore ⁊ superioribꝰ dorsi partibus cū pluribꝰ pan
nis ꝙ in vigilia: quia in somno spūs ⁊ naturalis calor ad interi
ora retrahunt̄ ⁊ extrema remanent depauperata calore· Contin
git qñꝙ apud dignitatē vestri officii in exercitu castrametatio
nibus comperiri: ibi inter cetera cauendum est: ne per fenestram
aut spiraculum aliquod intercidēs lune radius te dormientē re
periat: ⁊ maxime si caput attingeret reumatissima generat· frigi
dos dissoluit humores· ⁊ sanguinis screatū possidere facit· In-
tercidente eniꝫ lune radio per fenestrā magis nociuū est ꝙ extra
domos dormire vel ambulare lumine lunari vniuersum corpus

circundante: qa radius per fenestram cū toto humectatiuo ꝛ infrigiditatiuo lune influxu ingreditur: sed non cum tanto lumine. Lumen enim vt philosophi volunt est per se calefactiuū: licet per accidens infrigidari possit: dum virtute frigidoꝝ austroꝝ induitur. In campestribus quidem est plus de lumine quod est frenū infrigiditatiue virtutis. Et ꝓpter hoc Aristoteles in problematibus querebat: propter quid noctes plenilunii sint calidiores.

De purgandis corporibus delicate viuentibus ad minus semel in anno. Cap. iiii.

Sanitatis conseruationem impedit euacuare quod retinendum: aut retinere quod expelli debet: quia in climatibus nostris fere nunq̄ reperitur temperatū corpus quod nullo medicine auxilio indigeat: ideo ad minus semel ī anno purgāda sunt corpora delicate viuentia ꝛ laboriosis artibus non vtentia. Unde bonum est sanctitatem vestram circa medium veris syrupis ꝛ leui potione purgari: quo ego nuper describerem: sed vereor propter humani corporis facilem mutationem ne illo tempore noua alicuius humoris emergeretur dispositio diuersa aut maiori attentione digna. Quapropter laudo vt presentis medici consiliū queratᷣ apud quācunq̄ vestre prouincie ciuitatū vos reperiri ꝯtingat: ꝛ principaliter attendat ad debile vestri stomachi digestionē ꝛ flegmatum in eo ꝛ ventositatū multiplicatōem ꝛ ad catarri dispositionem nō derelinquendo naturalem calidā vestram complexionem ꝛ epatis caliditatem: informando semper medicum q̄ corpus vestrum aut propter delicatam eius naturam: aut propter regionalem complexionē debili ꝛ exigua medicina soluitur ꝛ fortem abhorret. Interea studendū est bis aut semel in die habere beneficium ventris. Q si naturaliter nō euenit: succurrendum est cum arte suppositoribus aut clipsterib⁹ leuibus ex cōi decoctione. Sed si ad rugitus ꝛ vētositates ventris intēdere oportet: addatᷣ in decoctōe de aniso. feniculo. florib⁹ camomille ꝛ similibus: cū media vncia bn̄dicte simplicis aut plus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

cum oleo rutatio ⁊ similibus· aut sumere tres vel quinq; pillulas
de aromatibus secundum oportunitatem demane aut desero semel aut
bis in septimana: quia sunt debilissime solutionis modo indigent
custodia multarum expertarum uirtutum ut ab auctoribus no-
stris laudantur· Valent enim ad dolorem ⁊ grauedinem stomachi
ex flegmate in ipso existente· ⁊ sunt vehementis iuuamenti in mundi
ficando cerebrum ab humoribus grossis ⁊ putridis· catarro etiam re-
sistentes. ⁊ omnibus instrumentis sensuum conferunt· ⁊ digestiuam
virtutem confortant: quarum descriptionem propter prolixitatem hic
non pono: sed in Mesue requiratur dum receptam pillularum elephan
ginarum describit· He quidem pillule dispositioni vestre aptissi
me sunt: quia cum suis uirtutibus caliditati epatis conferunt eius opi
lationes aperiendo ⁊ confortando: dumq; digestionis stomachi sen
tiretur debilitas: portetur super stomacho cerotum masticinum sim
plex: quod ex solo puluere masticis fit: ponendo in stagnatello vn
ciam vnam pulueris masticis cum tribus guttis solum olei ma-
sticis: tenendo super lentum ignem quousq; liquescat: ⁊ tunc subi
to antea quam indurescat expanditur in coreo ad formam scuti: ⁊ po-
natur super stomacho· Istud enim cerotum ita absq; ligatura sto
macho adheret: ut fere innatum uideatur: ⁊ absq; fastidio fit eius
portatura: nec stomachum ad aliquam qualitatem alterat: sed
ipsum solum in digerendo confortat· Ex melioribus insuper re-
bus vestre complexioni conferentibus est usus infrascripte con-
fectionis que mirabilis existit iuuamenti · cerebro quidem· sto-
macho· epati ⁊ spleni confert ⁊ eorum digestiuam confortat· dispo
sitis ad febres· ad catarros· ad iuncturarum ⁊ ventris dolores· ⁊
ad emoroides mirabile auxilium prestat· oris odorem bonum ef-
ficit· colorem ⁊ faciem claram reddit· tristitiam remouet· ⁊ pro-
prie illam cuius radix ignoratur· Humoribus melancolicis fre-
num ponit· cor confortat· spiritus peruios ⁊ subtiles facit · ani-
mam letificat· bonam memoriam inducit · ⁊ ad bonos preparat
mores· ⁊ corpora contra venenum potentiora reddit · ⁊ multum
ea antiqui Reges vsi sunt· Cuius hec est descriptio·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Recipe rosarum rubearum trium sandalorum·anadragmā vnam et semis corticū citri·seminis citri·been albi et rubei·ligni aloes·mē te sicce anadragmā vnam.scrupulum vnum masticis.macis·galange·piperis·macropiperis·doronicis·nucis muscate·gariofilorum·cinamomi·azari·zinziberis·spice.croci zeduarie·culebe·ana dragmā vnā corallinorum non perforatorum·fragmentorum zaphiri·hyacinthi·smaragdi.sardini·ossis de corde cerui·limature eboris·limature auri·limature argenti·anadragmas duas reubarbari·mirabolanorum·citronorum·chebulorum nigrorum·epictimi.lapidis lazuli secundum artem abluti et preparati.ana scrupulum vnum et semis·zuccari albi libras duas et semis:fiat electuarium·prius tamen depurato zuccaro cum succi boraginis·buglosse·mellisse·ana vncias tres·et si odor musci fuerit vobis gratus aromatizetur cum musci granis tribus.De hac confectione sumi potest ter aut quater in mense in ortu solis ad quantitatē vnius coclearis et cū modico vino puro et ad minus per tres horas ante cibi assumptionē ieiunetur·Usus insuper tiriace in hieme et metridates in estate: in sanitatis conseruatione multum ab auctoribus laudatus est Ad flobothomiā aūt nunquam debemus esse prompti:nisi emergente necessitate aut impellente consuetudine:īmo sanguinem qui est nature thesaurus summopere custodire debemus:quia licet dū sanguis peccat nulla melior euacuatio quam flobothomiā: tamen dū in eo non est peccatum:nullus maior error·Si aūt ceciderit fluxus sanguinis ex naribus vel emoroibus aut ventris fluxus: nō est absque prudentis medici consilio restringendus:quia corpus ex tali fluxu si nimius nō fuerit a multis malis egritudinibus preseruatur·Diuturnam sufferre famem:aut cibo et potu vltra quam oporteat repleri ad varios et malos morbos corpus preparant.Cibus quidem aut potus nullatenus sumendus est:nisi prius comedendi aut bibendi desiderium superueniat·Quod si sua hora nō superuenit appetitus:signum est quod plus fuit quam oporteret preassumptus cibus:aut est in sanitate defectus in stomacho·attentōne dignū ne incurrere faciat egritudines que male et varie ad stomachi fa

stidium subsequuntur· Qm̄ aūt corpibus nostris ex actione cir/
cūstantis aeris cū celesti influxu ꝛ actione caloris innati accidit
continua humidi substanfici resolutio: vnde mēbra in aniuntur
ꝛ querentia pabulum pro restauratione depditi sugunt humidi/
tates a capitis venaꝝ ꝛ vene sanguinē ab epate: ꝛ epar chi'um su
git a stomacho vnde in ore stomachi caufat̃ sentatio q̄ fames di
citur· In quolibet igit̃ sano corpore cū ordinato regimine viuē/
te sua hora accidit vera fames anteq̄ȝ nō debet esse comestio· Nā
si absq̄ȝ appetitu comedatur abbominabilis reddit̃ cibus in sto
macho ꝛ fastidium generat· rugitus ꝛ ventositates multiplicat
nec epar illū bene sanguificare valet· nec alia membra bonā ope
ram dare possunt in nutrimentum si apud stomachū male deco
ctū fuerit: qa nulla posterior virtus potest errorē anterioris cor
rigere· Propter hoc Hypo· vult ꝙ ex deteriori cibo ꝛ potu cū ap/
petitu assumpto laudabiliores generantur humores q̄ȝ si melior
cibus sine appetitu capiatur: qm̄ illū cū delectatione cōplectitur
ꝛ cū eo naturali quadā anxietate voluptuatur stomachus· vnde
citius ꝛ perfectiori modo digerit̃· Attendendū tñ est ꝙ cū iuxta
intensum stomachi desiderium comedit̃ fit ante perfectā masti/
cationē furtiua deglutitio: ideo nō debemus cū voracitate come
dere: nam cibus ex masticatione aliquā recipit digestionem: cu
ius errorem stomachus nō valet corrigere· Unde etiā operibus
posterioꝝ virtutum vite nocumentū infertur· Hanc rationē assi
gnabat Aristoteles in probleumatib⁹ dum querit: propter quid
habētes raros dentes sunt breuioris vite: sed de moralibus intel
lexit· A superflua stomachi repletione cauendū est: nā multi sui
ipsius cum crapulis ꝛ superfluis comestionibus homicide sunt·
Ideo non debemus ad saturitatem comedere: sed semper in fine
debet famis requies remanere· Nihil est qđ ita nos ad crapulam
ꝛ stomachi repletionem impellat: sicut apud vnā mensam diuer
sa habere cibaria· Multum enim ad Crapulas allicit noui sapo
ris aduentus ꝛ varia ferculoꝝ preparatio: que stante primi cibi
sufficienti satietate recentiorē renonat appetitum· Unde longe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

plus capit stomachus q̄ digerere possit. ⁊ tanto existit peior sto
machi repletio quãto multiplicior fuerit varioꝝ ferculoꝝ assum
ptio: qa multum nocumentũ infertur ex admixtione cibi diffici
lis digestionis cũ cibo ⁊ facili ⁊ digestibili: vt de cibo ⁊ potu in-
fra patebit. Abutimur quidem saporib⁹ in hac vltima ⁊ epicurea
atq̃ deteriori nostra etate: qa nõ vt plus comederemus diuersa
sapoꝝ condimenta reperta sunt: sed cum interiori appetitu. Qđ
si accidat potus aut cibi superflua repletio: prolixiori somno dor
miendum est. Et melius est a sequenti cibo abstinendum vt cum
sequẽti sobrietate precedens crapula compensetur. Dumq̃ dies
ieiunij adueniet nunq̄ prandium ante meridiẽ differatur: quo-
niam longam sufferre famem stomachum malis ⁊ superfluis re-
plet humoribus: quia frigentibus membris nutrimentum inten
sa fame causata nec cibo extrinsico veniente natura studet illaȝ
tristem sensationem remouere. Succurrit igitur transmittendo
malos humores ad stomachum cũ quib⁹ stomachus voluptuat̃
⁊ cessat fames vsq̃ ad horam alterius cibi si non interrumpitur
Propter quod dicere solent ieiunantes non esse difficile ieiuniũ
nisi ea hora qua comedere solent: sed hora prandii transacta di-
cunt famem non habere ⁊ absq̃ molestia sufferre ieiunium: quo-
niam natura volens succurrere tristi sensationi: quam famem di
cimus: ⁊ non adueniente cibo ab extra transmittit humores cũ
quibus ad instar cibi stomachus voluptuat̃ ⁊ cessat fames. Se-
curior tamen est abstinentia cene q̄ prandii propter ampliorem
esse nocturnam digestionem. Nec obstat quod quidam volũt di
centes abstinentiam cene peiorem esse: qa somnus aduenit va-
cuitati stomachi: quod velut nociuum prohibetur: qm̃ magis ob
est prandij sufferre famẽ q̄ supra talem vacuitateȝ dormire. Tũ
quia non est omnino digestus cibus in die. Tũ quia de sero fie-
ri solet ad cene refrigerium pontificalis collatio. Immo in qui-
busdam pinguibus flegmaticis humidis ⁊ carnosis corporibus
ad sanitatis conseruationem precipitur leuis cena: aut eiusdem
abstinentia. ⁊ experimento comperimus iuuamentum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶De Cibo ⁊ Potu. Cap. v.

Restat modo de Cibo ⁊ Potu regulas ponere. Mensuran-
dus qdem est cibꝰ ⁊ potus ſm vſum ⁊ virtutis tolerantiā
Nam nō viuimus vt comedamus: ſed comedimus vt viua
mus: qm̄ apud antiquos auctores per experientiā deterior habe
tur comeſtio que nauſeam ⁊ faſtidiū generat aut ſtomacho gra-
uitatem infert ⁊ hipocundria tendit ⁊ inflat: ⁊ deterior potꝰ qui
temperamentū ingredit̄ ⁊ in ſtomacho cibum natare facit. Eli-
gantur igit̄ cibi ſubtiles facilis digeſtionis. bonoꝝ humoꝝ ge-
neratiui. ⁊ caueat̄ a cibis groſſis difficilis digeſtionis qui ma-
los humores generāt. Debet eſſe cibus temperatꝰ aut nō multū
tpamentū excedens. Qꝫ ſi in aliqua primarū qualitatum ſit ma
ior exceſſus: vt in caliditate. humiditate. frigiditate. aut ſiccitate
cū ſuis tpetur contrariis: vt ſi inducenda frigiditas ex cucumere
aut cucurbita timeatur: cum calidis aromatibꝰ aut acruminibꝰ
compenſetur ⁊ econuerſo. Obſeruandus eſt ordo apud menſas
in aſſumptione ciborum: nam ſubtile nutriens ⁊ facilis digeſtio
nis nō debet ſumi poſt comeſtionē groſſi duri ⁊ difficilis dige-
ſtionis: ſicut ſi imediate poſt carnes vaccinas comederent̄ fru-
ctus lubrici aut oua ſorbilia: qꝛ cito digeruntur ⁊ nō habent viā
deſcendendi: natabunt vltra qꝫ oporteat ſuper durū cibum putre
fient ⁊ corrumpentur: ⁊ ad corruptionem preparant cibū indige-
ſtum cui admiſcent̄. Nec groſſum nutriēs ⁊ difficile digeſtibile
debet imediate ſumi poſt ſubtile ⁊ faciliter digeſtibile: ſicut poſt
fructus lubricos aut oua ſorbilia illico multū caſeum comedere:
qa propter caſei grauitatem ⁊ compreſſionem ⁊ eoꝝ lubricitatez
labunt̄ citius qꝫ oporteat anteqꝫ celebretur digeſtio. Et ꝑpter
has rōnes etiam in vna menſa ferculoꝝ varietas ꝓhibet̄. Ve-
runtn̄ Phyſici qui ordinez ciboꝝ in comeſtione ⁊ ſpeculatiua ra
tione intueri volunt: contemplant̄ in fundo ſtomachi fortiorem
virtutem digeſtiuā qꝫ circa os ſtomachi. ⁊ virtutem appetitiuaz
fortiorē eſſe in ore ſtomachi qꝫ in fundo: ꝑpter qđ concludūt ci
bum difficilioris digeſtionis premittēdū eſſe ad locū vbi fortior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

est digestiua virtus ꝛ premittendos esse cibos difficilis digestio
nis ad cibos faciliōris· ꝛ hec ratio est vera: sed solum concludit
quando inter cibos est parua differētia ꝛ parua distantia· in dif/
ficultate ꝛ facilitate digestionis: sed quando distantia est ma/
gna: sicuti inter lubricos ꝛ duros cibos lubricipermi ttendi sunt
Propter hanc insuper causam dicitur ꝙ nihil est deterius ꝙ̄ nu/
triens indigestum super digestum immittere.

¶ Summo studio attendendum est auctores volunt vt inter ci/
bum ꝛ corpus cuius conseruāda est sanitas sit debita proportio
ꝛ particularis habitudo conformis. Nam lꝫ caseus· vinum· lac·
acrumina ꝛ similia ingrediantur ad sanitatis conseruatōnem ꝛ
in bonum cōuertantur nutrimentum: tamen multa sunt corpo/
ra quibus propter indiuidualem complexionē caseus aut lac aut
vinum aut alter cibus venenum est· Ab illis igitur talia corpora
tanquam a veneno se abstineant· in his quidem experimentum
rōnem vincit· Ideo dignius est in talibus experimento potius
ꝙ̄ rōni credere· Similiter sunt corpora habentia cibū proportio/
natū ꝛ particulari complexioni sue cōuenientem a quo nō debēt
prohiberi: quia ex eius permutatōne nocumentum inferunt· Ob
seruanda preterea est patrie ꝛ regionum consuetudo· etiam si ta/
lis vsus contra rōnem videretur: Nam vt volunt auctores cibus
qui solet comedi in quo existit aliquod nocumentum: conuenie/
tior est bono non vsitato· ideo in ipsis experimentum rationem
obumbrat· In corpore preterea sano illud nutrimentum melius
est quod melius sapit: quia ex naturali quadam dispositione me
lius amplectitur ꝛ digeritur· Qꝛ si corpus aut egrotet: aut si ex/
tra propriam naturam distemperatum non est appetitui obedie
dum· Naturalis enim corporis dispositio appetit sibi similia· pre
naturalis autem appetit contraria· Oportet etiam attendere ꝙ
si ex laxitate stomachi accideret citius ꝙ̄ deberet ibi descēsus vt
in principio cene aut prandij sumant̄ res stiptice que stomachū
confortāt ꝛ pro perfectiori digestione ad diuturnā cibi digestio
nem auxilium prestant· Res enim stiptice si ante cibum sumant̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

stipticant ventrem. et si cibum sequantur propter compressionem ipsum lubricant et fluxibilem faciunt. Possunt tamen res stipti-ce sumi in fine cibi in modica quātitate pro sigillo stomachi: vt cytonia et pira cocta. coriandrū aut parumper casei: qa ex eorum sigillo confortatur os stomachi et naturalis calor ad digerendū et non permittitur tanta vaporum ascensio versus caput. Fruct9 vero humidi et lubricantes: vt vue. ficus recētes. et melones et hu-iusmodi: sunt cibo premittendi: nec statim post debet sumi cibus sed stetur quousqz ad fundum stomachi descendant et quiescant: et tunc bonum est comedere vt labantur. Studendū est vt in esta-te frigidiori hora et in locco ad frigiditatem decliui comedatur. In tempe aūt frigido bonū est calefacere extrema ad ignez post comestionem: quia exteriora membra remanent depauperata ca-lore cibi propter assumptionem ad interiora retrahitur. In hye-me preterea comedendi sunt cibi cocti calidi: in estate autem fri-gidi aut exili caliditate calefacti. Attendendum est qp in hyeme et tempore frigido propter retractionem et vnionem caloris natu-ralis ad intra: perfectior et maior fit digestio qʒ in estate: Nā tūc propter calorem dispergitur naturalis calor ad intrinseca et re-soluitur et debilitatur: quia virtus vnita maior est seipsa disper-sa. Ideo in hyeme corpora delicate viuentia: nec maximis exerci-tijs vtentia vesci debent cibis fortioris digestionis et maioris nu-trimenti qʒ in estate. Potus aūt nunqʒ nisi naturali et vera siti precedente sumendus est: que ex suctione membrorum humecta-tione indigentium causatur: vt supra de fame dictum est. aut ex ciborum corpulentorum comestione generatur. vnde humidum rozidum in ore stomachi consumitur ad cuius consummationē sequitur naturalis vera sitis: ad quam pro sanitatis conseruatio-ne potus sequi debet. Quandoqz aūt accidentalis et non vera si-tis contingit: quam medici mendosam sitim appellant. que licet multas habeat causas: vt plurimū tamen post crapulam venire solet. et proprie post cenā dum plus de cibo sumpsit stomachus et est ita debilis respectu cibi quod in hora digestionis laborat. et

estuat et ad sitim anxiatur. Hanc quidem mendosam sitim tole-
rare si multa non fuerit et post illam autores dormire precipiunt
quia illum somnus sedat. Tali enim sitienti expergefacto cessat
sitis: quia somnus digestionem confortat et illos indigestos ci-
bos stomachum estuantes ad digerendum iuuat et cessat fumo-
rum eleuatio ad os stomachi vbi mendosa sitis causabitur. Nec
propter potum talis cibus omnino cessat: quia stante adhuc ci-
bo indigesto in stomacho resurgunt vapores sitim inducentes.
Propterea super tolerabili et mendosa siti bibere malum est: quia
decoctionem et eius digestionem impedit et retardat: velut si sup
bullientem ollam frigidam aquã infunderes: vt supra dicebatur
quod nihil fere deterius quam indigestum cibum mittere supra digestũ
Veruntamen si talis mendosa sitis in nocte aliquando aut post
cenã eueniens magna et tediosa fuerit: bibere quidem sanius est
Et tunc etiam Galienus secure precipit sumi debere potum et tru-
phatur de illis qui auctoritatem Hypocratis non intelligentes
interpretati fuerunt: vbi somnũ capere post mendosam sitim lau-
dare videtur Et Auicenna etiam ad sedationem et extinctionem
mendose sitis voluit aquam frigidam exhiberi: que non trãsglu
tiendo: sed ex vase stricti orifici sugi debeat: vt pauciori cũ aqua
sitis illa interior extinguatur. De condimentis ac ferculis et sa-
poribus eorum et preparationibus hic nulla ponitur regula: quia
tales in se virtutes habẽt: qua qualia sunt aromata aut succi ace-
tosi aut res alie ex quibus componi et preparari contingit. Sed
vt melior de ipsis habeatur doctrina que in cibis. potibus. sapo
tibus et aromatibus vtimur: vniuscuiusque particularem naturam
fnuratione et antiquos experimentores quam breuius potero apud
ordinem alphabeti describam. Nec presentis intentionis est sin
gulas harum rerum virtutes narrare quibus sunt egritudinum
curatiue: sed illas solum que in vsu ciborum et potuum apud mẽ
sam veniunt: vt ad humanam vitam sanitatisque conseruationem
auxilium prestent: et quibus virtutibus nocumento venenorum
resistere possint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶De Amigdalis. Cap. vj.

AMigdala quedam amara: quedã dulcis. De amara qa est medicina egritudinũ curatiua nihil dicitur. Dulcis amigdala in suis qualitatib9 fere tpata existit parumper ad humiditatem declinãs: minus tñ q̃3 nux. difficilis ẽ digestionis ꝛ multo tpe in stomacho durat. ideo bene masticanda est. cũ zuccaro tñ comesta facilius digerit̃ ꝛ descendit. generatur ex ea bonum nutrimentũ. l3 paruũ. est impinguatiua. abstersiua. ꝛ opilationum epatis aperitiua. Ferculum ex ea factum quod amigdalatum dicit̃ confert passionibus pectoris ꝛ pulmonis: vt tussi. asmati ꝛ similibus. Condimentum ex oleo aut lacte amigdalarũ eiusdem existit virtutis. Dulcis amigdala prouocat vrinã ꝛ eius ardorem remouet. sordes renum mundificat. ꝛ morsui rabiosi canis superposita aut comesta prodest.

¶De Auellana. Cap. vij.

AUellana calida est ꝛ sicca circa primũ gradũ. nutribilioris existit nutrimenti q̃3 nux: l3 terrestriori qa solidior ꝛ min9 vnctuosa: ideo tardioris est digestionis. stiptica parumper est ꝛ ventositates generat: pauciores tñ si ab intrinseco cortice emundetur. Si autem assata cum modico pipere sumatur patientibus corizam ꝛ reuma capitis celeriter subuenit. puncture scorpionũ beneficium prebet. ꝛ proprie si cũ ruta ꝛ ficu esa aut emplastrata fuerit.

¶De Amido. Cap. viij.

AMidum frigidum est ꝛ siccũ in primo gradu. eius ferculum coquendum est: vt fit: vna pars amidi cũ triplo sui de aqua ꝛ condiri cum amigdalis ꝛ zuccaro. lenit epiglotum ꝛ pectus. ꝛ fluxus catarrales a pectore ꝓhibet. ꝛ tussim sedat. nec multũ bonũ sanguinem producit. Sed si cũ simula mixtum decoquat̃ bene nutrit ꝛ sanguine3 tpatum generat. Nimia eius comestionis frequentatio propter suam viscositate3 epatis opilationem inducit. ꝛ si calidos renes reperit ipsos ad lapidis dispositionem ꝛ generationem disponit: sed si cum lentibus ami

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

dum comedatur ventrem de colerico fluxu restringit.

¶De Aneto. Cap.ix.

¶ De tertia differentia manifeste videmus etatem animaliũ multum conferre ad bonitatem carnium. Prima enim etas animalium est humida: ꝛ quanto magis ad senectutem tendit est siccior licet posset aliquando humiditate accidentali humectari. Animalia quidem quoꝝ naturalis cõplexio est sicca in illa etate meliora sunt in qua eorum complexio ꝛ naturalis siccitas cum humiditate etatiue complexionis contemperatur. quod non ita cõtingit de animalibus naturaliter humidam complexionem habentibus. Et ideo dicimus ꝙ agni ꝛ porci in tpe lactatiõis sunt mali ꝛ humidi ꝛ grossi nutrimenti: stomachum grauãtes: quia eorum naturalis humida complexio cum humiditate etatiue et puerilis complexionis adiungitur. Sed vlteriori procedente etate ad maiorem siccitatem humida naturalis eorũ complexio in etatiue discursu cõtemperatur. Et ideo apud medicos ꝛ proprie apud Arabes vbi non est multum in vsu arietum castratio: magna laude extollit̃ caro annualis agni ante pollutionem. Omnis aũt caro animalium antiquoꝝ est pessima ꝛ difficilime digestionis ꝛ malorum humorum ꝛ similiter animaliũ ab vtero exeuntium aut partui propinquorum. ꝛ aues ante originem bonaꝝ pennarum putrescibiles generãt humores stomacho ꝛ toto cor

poꝛi abbominabiles.

¶ De quarta differentia. Uidemus enim ſm diuerſas regiones diuerſa animalia melioꝛa eſſe: vt in locis montuoſis ꝛ petroſis melioꝛes caſtrati pꝛoducuntur ſubtilioꝝ leuioꝝ ꝛ ſapoꝛoſioꝛum carnium. Ex maritimis ꝛ paludoſib9 regionib9 ꝯtrariũ. Ex melioꝛib9 enim herbis ꝛ paſcuis melioꝛes humoꝛes lac ꝛ carnes pꝛoducunt. ꝛ tanto melioꝛes carnes animalia pꝛoducuut quantuꝫ eoꝛum nature ꝓpoꝛtionatioꝛes cibos habent. Unde poꝛcos melioꝛes carnes habere dicimus dum glandes comedunt ꝙ dum herbas. ꝛ capones ꝛ gallinas melioꝛes eſſe ex frumento aut milio nutritos ꝙ ex herbis aut furfure.

¶ De quinta differentia. Abſolute melioꝛa ſunt animalia media inter macredinem ꝛ multam pinguedinem: quia multa pinguedo appetitum obtundit. ſtomachum debilitat. ꝛ digeſtionem impedit. ꝛ ad malos humoꝛes coꝛp9 pꝛeparat. Unde cautela ex pinguibus animalib9 macrioꝛes carnes comedere: ꝛ ex macris animalibus carnes pinguioꝛes eligere.

¶ De ſexta differentia. Calida animalia melioꝛa ſunt in hyeme propter ſuam humiditatem ꝛ frigida in eſtate. Unde caro poꝛcina apud illos quibuſ nõ contradicit appetitus melioꝛ eſt in eſtate ꝙ in hyeme pꝛopter ſuam humiditatem. Et pipioneſ melioꝛes ſunt in antumno ꝙ in vere. ꝛ parue aues in vere dum nidificant non ſunt bone. in autumno autem que vuis ꝛ ficubus nutriuntur ſunt melioꝛes. ꝛ turdi melioꝛes ſunt in hyeme dum nõ tantũ exercentur in volatu tempoꝛe niuis cum paſtum vermiculoꝛum circa radices arboꝝ querentes ſunt. ¶ De ſeptima differentia. Magnã qdem diuerſitatem ꝛ differentiam acquirunt carnes ex modo pꝛeparandi. Pinguiſſimas carnes melius eſt aſſari ꝙ elixari. ꝛ melioꝛes ſuper ardentes pꝛunas pꝛoiectas: vt ſupflua eorũ humiditas ſuper carbones fluat ꝛ reſoluatur ꝛ ſiccioꝛ reddat. Carnes macerrimas melius eſt elixare ꝙ aſſare: vt eaꝝ ſiccitas cũ humiditate aquea contemperetur. Medie aũt carnes aſſari ꝛ elixari poſſunt ſm naturam animalis ꝛ comedẽtis appetitũ. Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Carnes assate fortiter cohoperiende nõ sunt

quorundã animalium carnes meliores sunt assate: vt porcorum ⁊ aliorũ humidorum. ⁊ quorundam meliores sunt elissate: vt carnes bouine ⁊ aliorum siccorum. carnes frixe ⁊ carnes in visculo cũ almuri coquinate inter assatas ⁊ elissatas in virtutib⁹ medie existunt. lз frixe assatis sint propinquiores. ⁊ in visculo coquinate elissatis. Et cauendum est ne carnes assate fortiter cooperiantur: imo discooperte dimittantur. Nam cum carnes assate nimium cooperiuntur vt prohibeatur earum euaporatio ad venenositatem conuertuntur vt auctores volunt ⁊ experimento compertum est. Carnes assate maioris ⁊ melioris sunt nutrimenti ⁊ robustis corporib⁹ cõuenientiores ⁊ difficilioris digestionis ⁊ siccius nutrimentũ generant q̃ elissate: qa carnes elissate sunt humidiores humiditate aquea ⁊ accidentali. lз carnes assate humiditate propria q̃ elissate. Caro quidem assata in propria humiditate decoquitur: elissate vero in aliena que suam extrahit humiditatem. Unde caro elissata siccior redditur humiditate propria q̃ assata. Nec carnes assande illico ad magnas prunas approximari debent: qa intempestiuam faciunt crustam. impeditur caloris penetratio ad partes intrinsecas ⁊ decoctio centralium partium. Ideo dixit Aristoteles: artificiosius esse assare q̃ elissare. Carnes insuper vltra eaꝝ proprias naturas tales acquirunt virtutes quales sunt res cum quibus condiuntur. Omniũ harum regularum ⁊ aliarum quas hic gratia breuitatis omittim⁹ testimonium reddit experientia. ¶ De octaua autem diuersitate clarum est quasdam species animalium meliores carnes habere quibusdam. absolute melior caro inter volatilia dicitur starna aut fasianus ⁊ gallina inter siluestria capreolus ⁊ porcus siluestris iuuenis ante pollutionem. Et similiter in mẽbris existit differẽtia: vt meliores sunt carnes testiculoꝝ ⁊ mãmillarum q̃ epatis ⁊ aliorum membroꝝ. Ut autem istius octaue diuersitatis habeat̃ notitia ponentur virtutes fere de qualibet specierum animaliũ comestibilium ⁊ eoꝝ membrorum: ⁊ primo tanq̃ a nobiliori incipiendo de starna. ¶ Caro Starne ex subtilioribus ⁊ leuioribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

auium carnibus existit. Ad temperamentũ declinat. ⁊ corpus impinguat. cor cõfortat. eius debilitatẽ curat. epati. stomacho ⁊ hydropisi confert. ⁊ in coitu augmentũ facit. ⁊ in his qui subtili volunt custodiri regimine ꝯueniẽtior est ⁊ meliores sunt eius pulli.
¶ Caro perdicis: quia perdix est species starne: licet quidam aliter dicant: augmentum bonum in cerebro ⁊ intellectu prebet. coitũ excitat ⁊ eius materiam augmentat.
¶ Caro Fasiani: licet Auerrois velit ipsam esse meliorẽ ex carnibus auiũ: tñ inter bonitates starne ⁊ galline media existit caro gallinacea. ¶ Galloꝝ melior est ille qui nondũ cantant. necdũ coiuit Et gallinarũ meliores sunt q̃ nondum ouisant. melior est illa q̃ in ventre edi assatur. Et qdam ex antiquis auctoribus laudant capones esse meliores omni carne volatilium. Et caro pulloꝝ in cerebro ⁊ intellectu augmentũ facit. ⁊ pullus masculus melior est q̃ femella. Caro gallinacea confortat pectus. sanguinem ex naribus fluentem retinet. vocem clarificat ⁊ corpus impinguat. Jus galli antiqui ⁊ solutioni ⁊ doloribus ventris potatũ confert.
¶ Caro Coturnicis. Ex ea timetur spasmus: qa comedunt aliqñ helleboꝝ herbã venenosam ⁊ spasmosam. Quidã ex antiquis dicunt nutrimentũ eaꝝ esse optimũ ⁊ spermatis generatiuum. De Coturnice ⁊ Qualea inter autores est magna dissensio: nam periti apud historias lingue latine p coturnices intelligũt qualeas ⁊ sic intellexit translator Auicẽne in. c. de coturnice: scribens proprietatem qualeaꝝ q timetur ex eo spasmus: qa helleboꝝ comedũt Plurimi autores per coturnicẽ intelligunt auem quandã maiorẽ perdice cũ pennis pictis. ⁊ est in bonitate carniũ perdicis.
¶ Caro columboꝝ. Pipones sunt calidi ⁊ humidi superflue. ⁊ illi qui volare incipiunt sunt leuioris ⁊ melioris nutrimenti. Pulli tñ columboꝝ flegmaticis multũ conueniunt ⁊ in colericis cõdiri debent cũ agresto aut simili frigiditatem alterante. Columbe antique dure digestionis ⁊ illaudabilis nutrimenti.
¶ Caro turturis. Quidam dicunt q turtur est perdix ⁊ errant. eius nutrimentum est stipticum ⁊ mirabiliter in ventris fluxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

bus confert· Auicenna laudat carnes turturis esse meliores car
nibus omniũ volatilium. ⁊ dicitur in Arabico durar vel aldurar
Et hoc est quia in regione Auicenne sunt melioees ꝙ̄ in Italia
vt dicunt qui ibidem habitant· Uel quia turtur sua proprietate
confortat cerebrum ⁊ intellectiuam virtutem ⁊ in coitu augmen
tum facit· ¶ Caro passeris calida est· mali nutrimenti· ⁊ diffici
lis digestionis ⁊ luxuriam cõmouet·

¶ Caro alaude per se stiptica est· ventrem stringit· Sed brodium
propter vitrositatem quam habet extrahendo illam in coquẽdo
ventrem soluit· ¶ Caro anatis calidior est omni carne volatiliũ
domesticorum· frigidis complexionibus confert ⁊ calidis nocet
si frigidis condimentis non alteretur impinguat· resoluit vẽto
sitatem ⁊ clarificat vocem· Cum autẽ eius caro digeritur est ma
ximi nutrimenti ⁊ proprie stomachus seu griscibile eius·

¶ Caro anseris frigidior carne anatis ⁊ ab ea parumper differt·
⁊ meliores partes eius sunt bale pectus aut venter· ¶ Caro gru
is· pauonis· strutionis ⁊ magnarum auium grossi est nutrimen
ti ⁊ difficilis digestionis nec pro nutrimẽto multũ cõcedens·

¶ Caro volatilium aquaticarum in lacunis fluminibꝰ ⁊ pratis
aquosis commorantium grossa est ⁊ superfluitates generans. ⁊
vsus eius non est laudabilis·

¶ Aues minute boni sunt nutrimenti· ⁊ proprie dum non nidifi
cant ⁊ dum sunt pingues· Et istius conditionis est turdus: sed
timetur comestio stomachi eius seu griscibilis: quia quidam di
cunt ꝙ napellum comedit: que est herba venenosissima·

¶ Caro Qualee calida est ⁊ humida· Sed tempore veris dũ ad
nos qualee reuertuntur melancolica est ⁊ sicca ⁊ mali nutrimẽti
In autumno autem dum pinguis est bonum nutrimentum pre
stat· facilis est digestionis· coitum ⁊ eius materiam augmentat
De proprietate qualee magis credendum est quod dicitur supra
de coturnice· ¶ Caro caprioli est ex carnibus siluestribus lauda
bilior· boni nntrimenti· ⁊ paucarum superfluitatũ· licet sanguis
ex eo generatus ad aliqualem melancoliam tendit·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶ Caro leporis frigide est complexionis ꝛ sicce. Licet dicatur ꝙ in quibusdam locis sit calide boni est nutrimenti: sed generatiua est humoꝝ melancolicoꝝ magis ꝙ̄ caprioli. Coagulum eius est constrictiuum ventris. est tiriaca ad omne venenū: ꝛ cerebrū leporis facit infantibus cito oriri dentes. ¶ Caro hedi est ex melioribus carnibus domesticis nullā habens in se malitie admixtionem si nō sit multum partui propinqua: qa tunc in se viscositatem ꝛ superfluam humiditatem habet. Dum magnus est edus ꝛ pinguis contemperatur sua naturalis cōplexio sicca ab humiditate etatiua. ꝛ propter hoc leuem subtilem ꝛ contemperatū generat sanguinem. Nec conueniens est multum laborantibus: quia cito resoluitur propter eius subtilitatem ꝛ teneritatem substantie nutrimenti quod ex ea generat̃. ¶ Arietū castratoꝝ caro melior est carne agnoꝝ. Multum etiam ꝛ bonum sanguinem generat. calida est ꝛ humida quasi ad temperamentū declinās si in iuuenili etate sit. Decrepiti aūt vt supra dicebatur sunt pessimi.

¶ Caro bouina frigida est ꝛ sicca. difficilis ē digestionis ꝛ grossum. turbidum ꝛ melancolicū generat nutrimentum. ad quartanas preparat febres scabiosis ꝛ leprosis nocet.

¶ Vitulina autem propter temperantiam etatis vt supra dicebatur boni ꝛ fere temperati existit nutrimenti.

¶ Caro porcina sicut alie carnes variatur in bonitate ꝛ malicia ſm varietates etatum multū humida ꝛ viscosa est. nutrimentū eius est bonum ꝛ est multū conueniens: magis robustis corporibus ꝙ̄ delicatis: qa est tarde resolutōnis: sed propter eius viscositatem nocet paraliticis. podagricis ꝛ dolorem plioꝝ ꝛ lapidez renum aut vesice habentibꝰ. Sed caro porcina siluestris est laudabilior si sit iuuenis vt supra dicebatur. ¶ Et caro cerui fere similis existit carni bouine. ¶ Caro ericij. quidam est terrenus ꝛ quidam est montanus. Eius caro resolutiua ꝛ exiccatiua est. vsus eius licet non generet multum bonos humores tn̄ multarum existit virtutum. Stomachum confortat. Vetrem

d 2

Leporis Coagulū ad oē venenū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

soluit· confert lepre ꝛ scabiei· Caro salita confert hydropicis ꝛ la
pidi renum· ꝛ eius assiduatio confert mingentibus in lecto: ita
vt difficile sit vrinare licet quidam dicant ꝙ vrinam prouocat ꝛ
confert vermium morsui·

¶ Restat de particularibus membris animalium dicere· ꝛ primo
de cerebro· Meliora sunt enim cerebra volatiliuꝫ. caro tamen ce
rebri frigida est ꝛ humida flegmaticas generans humores· fasti
dium in stomacho inducit· Si post cibum comedit̄ vomitū pre/
parat· Ideo cerebrum comedendum est in principio cibi conditū
cum aromatibus· aut aceto· aut menta ꝛ similibus· Bonū dat̄ nu
trimentū si digeritur· calidas complexiones habentibus confert
coitus materiaꝫ auget ꝛ ventrē lenit· Cerebella oīa salubria sunt
ad venena habita ꝛ ad morsus venenosoꝝ dum comedunt̄· ꝛ qui
dam hanc laudē maxime attribuunt cerebello laudis ꝛ cuniculi·

¶ Capita aīalium grossi sunt nutrimenti ꝛ ad febres colericas
preparant· multum tn̄ nutriunt ꝛ seminis materiam augent·

¶ Oculi si tenerrimi ꝛ pinguis sint aīalis ꝛ circa eos pinguedo
existat frigida sunt ꝛ humidi ꝛ boni existunt nutrimenti·

¶ Lingua humorem generat humidum ꝛ fere temperatum inter
mollem ꝛ durum· ꝛ si cum carne glandosa sibi adiuncta vnde sa
liua causatur comeditur bonum est propter viscositateꝫ ꝛ humi
ditatem cum dulcibus aromatibus condiri·

¶ Cor frigidum est ꝛ siccum: ideo melancolici existit nutrimēti
ꝛ tarde digeritur ꝛ multum nutrit· Nec istud contradicit illi qd
superius dicebatur: cor esse fontē caloris in iuuentute ꝛ vite fun
damentum· Nam aliter situantur ꝛ graduantur in complexione
membra viuentia respectu temperati mēbri nostri corporis: ꝛ ali
ter eadē mēbra mortua in cōparatione ad nutrimentum· aut ci/
bum temperatum· Cor enim viuens est calidissimum in genere
membroꝝ viuentiū· ꝛ cor mortuum in genere ciborū est frigidū·
ꝛ sic est de viuentibus animalibus: vt lepus in genere aīaliuꝫ vi
uentium est frigidus ꝛ siccus: ꝛ tn̄ autores ponunt carnem in ge

A laudis et Cuniculi cerebrū ꝯ venena

Leporis caro calida et sic ca supius posita est frigida et sicca

nere eius ciborum esse calidam ꝛ siccam. Multum enim differt aliquod graduari in comparatõne viuentiũ a semetipso gradua to in comparatione ciborum. ¶ Pulmo frigidum ꝛ humidum generat humorem. ꝛ sic in genere ciboꝝ frigide ꝛ humide est complexionis: ꝛ tamen in genere viuentium membrorum calidus est ꝛ siccus naturaliter. Pulmo est facilis digestionis propter eius raritatem ꝛ eius leuitatem. ꝛ est paucissimi nutrimenti.

¶ Epar humores generat grossos ꝛ est difficilis digestionis et multum in stomacho moratur. ꝛ remouet famem longo tempore intantum ꝙ autores scribunt ꝙ ex epatibus fit cibus quidam ex cuius vnica comestiõe stat homo ꝑ aliquot dies sine fame. Epar tamen laudabiliorem generat sanguinem ꝙ̄ carnes pinguedinẽ non habentes. Epar lactantium animalium est melius. Sed inter cetera melius est epar galline aut anatis pinguis. Epar caprarum aut hircorum detegit epilensiam ꝛ epilenticis nocet: nã cum ipm comedunt subito epilensiam incurrunt. Epar lupi epati hominis multum confert ꝛ prohibet metum ꝛ abhoiationem aque. ¶ Ubera seu mammille frigida sunt ꝛ sicca propter neruositatem. Grossum ꝛ multum ꝛ bonum generat nutrimentum. ꝛ si in eis est lac nutrimentum est grossius.

¶ Splen tarde digestionis est. Sanguinẽ generat melancolicũ acetositatem quandã in se habet propter fuisse receptaculum humoꝝ melancolicoꝝ. vnde stomachum cõfortat ꝛ appetitum prouocat. lꝫ cito satiet. ꝛ inter ceteros splen porcinus est melior.

¶ Ale auium omnium membroꝝ laudabilissime sunt. ꝛ melius generant nutrimentum ꝛ subtilius propter earũ exercitium ꝛ fatigationem meliores sunt ale gallinarum ꝛ anserum. ꝛ similiter colla anserũ ꝛ gallinarum sunt meliora collis ouium. ꝛ oĩa colla sunt boni nutrimenti: si absq sanguine in ipsis congelato comedantur. ¶ Renes sunt difficilis digestionis ꝛ horribilis saporis propter nutrimentum fuisse ex pinguedine vrine cuius sunt colatoria. Humor ex eis generatᷓ malus: ꝛ laudabiliores eoꝝ sunt renes lactãtis hedi. ¶ Venter parui ꝛ mali est nutrimenti. ꝛ ei

assimilantur viscera ex quibus fit trippa· flegmaticum generat humorem ⁊ impinguat· Uentres aūt auium sunt melioris nutrimenti: precipue gallinarum ⁊ anserum. Tunica interior stomachorum gallinarum ⁊ etiam aliarum auium exiccata confert ori stomachi ⁊ dolori eius· Ex illa medici bonū electuarium ad eandem intentionem componunt· Testiculus melior est animaliuꝫ iuuenum: quia antiquorum non melius est nutrimentū mamillarum ꝙ̄ testiculorum preter testiculos gallorum: qui boni plurimi ⁊ laudabilissimi existunt nutrimenti· Et lꝫ neruosi sint: tamen facilis existunt digestionis. tussi sicce ⁊ pectori conferunt: eius leniendo asperitatem· vlceribus viarum vrine prosunt· Et licet propter eorum viscositatem sint absolutiui: tamen dissenterie prosunt· ⁊ ventris fluxum stringunt·

¶ Pedes anteriores pedibus posterioribus meliores existunt· Cinamonū ⁊ cuminum quere in septimo capitulo de aromatibus· Cepe in· c· de acrumine· Cicerula in c· de ciceribus· Columbus· castratus· coturnix· capolus· ceruus cerebella· caput colluꝫ omnia sunt in capitulo de carne·

¶ De Dactilo· Cap· xxxvj·

Dactilus calidus ⁊ humidus in primo gradu· inter fruct⁹ boni existit nutrimenti. difficilis est digestionis· bonum sanguinem generat· Differunt dactili ſm diuersas regiones vbi sunt· In calida enim regione dulciores sunt ꝙ̄ in frigida: ⁊ dulciores generant epatis ⁊ splenis opilatōnes ⁊ citius digerunt̄ ⁊ ventrem lubricant· ⁊ meliorem sanguinē generant·

¶ De Endinia. Cap· xxxvij·

Endiuia quedam est siluestris ⁊ amarior· quedam domestica ⁊ ortulana cum folijs crispis· Utraqꝫ vtimur in insalaticijs ⁊ ferculis que recens est frigida ⁊ humida est

in primo. Et quanto plus de amaritudine participat: tanto mi-
nus de frigiditate et humiditate habet. Quidam tamen dicunt
siluestrem frigidam esse in primo et humidã in secundo. Licet en
diuia non generet tam bonum sanguinem sicut lactuca: melio-
res tamen virtutes habet. Et siluestris melior est quam domestica.
aperit opilationes epatis et venarum. et malã caliditatem extin-
guit. remouet fastidium stomachi ex caliditate productum illuz
confortando. et est res optima stomacho calido comesta aut su-
perius emplastrata. Hanc singularem inter ceteras herbas ha-
bet endiuia: quod tam in materia calida quam frigida epati iuuamen-
tum prestat. In calida quidem ratione manifestarum qualitatũ
et in frigida ratione aperitionis opilationum et sue proprietatis
occulte. Quando comeditur cum aceto stomachum confortat et
ventrem stipticat. Ipsa cum radice sua pistata aut emplastrata:
aut succus eius bibitus puncture scorpionum. vesparum et par-
uorum vermium venenosorum confert.

De Eruca. Cap. xxxviij.

Eruca alia ortulana: alia siluestris. calida est in secundo et sicca in primo. sed recens habet humiditatem in prima Licet inflatiua sit aperit tamen opilationes epatis. So la comesta capitis dolorem inducit: quia lactuca. endiuia. aut portulaca remouetur. Eruca insuper secundum varias comple-xiones et diuersam quantitatem diuersos producit effectus. Ab ipsa cauere debẽt colerici et sanguinei: nisi cum predictis herbis frigidis comedatur. De ipsa enim si multa comeditur et sola acu it sanguinem. luxuriam remouet. eiusque materiam exiccat. Tem pore tamen comesta in frigidis complexionibus digestiuam cõ-fortat. coitum incitat et eius materiam auget. et proprie si cocta comedatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

De Enula. Cap.xxxix.

Enula calida est & sicca in secundo. licet aliqualem superfluam humiditatem in se contineat. Radice eius vtimur aut in insalatitio cum sua amaritudine. aut cocta in tortellis cũ ouis & cerebellis & similib9. Eius vsus melior est in hyeme. confortat cor pectus atq; pulmonẽ a viscosis atq; superfluis humoribus mundificat. stomacho repleto prodest. epatis & splenis opilationes aperit. Superfluus eius vsus sperma diminuit & sanguinem putrefacit. siaticis podagricis & doloribus omnibus ex frigida causa confortat. & morsui serpentum pficua est. Enula insuper & proprie succus eius singularem habet virtutẽ vt vermes interficiat. ipsosq; de corpore exire faciat. Edus. eriti9. epar superius in. c. de carne.

De Ficu. Cap.xl.

Ficus que recens est parumper est calida: declinãs ad humiditatem. Sed ficus sicca calida & sicca in primo. Ficus quidem omnibus fructibus laudabilior & nutribilior existit. Que non est matura calida est & ardens & mala propter lac eius. sed bene matura est propinqua & nõ nocet. licet omnes fructus sunt nociui. Quanq; cortex ficus sit dura ad digerendum: sicut cutis & semen panicosum sit mali humoris generatiuũ per se solum: tamen ficus si nõ existit in similitudine nutrimenti carnium. Inter ceteros vero fructus vehementioris & melioris existit nutrimenti. Ficus albe meliores sunt rubeis & rubee nigris. Omnes tamen ficus virtutem habẽt impinguandi. licz eius impinguatio faciliter resoluatur. Et principalis conditio ficus est bonum generare nutrimentum si in stomacho bonos reperit humores: sed si malos reperit & supfluos & proprie que est sicca malum & penetratiuum generat sanguinem & secum illos humores ad superficie corporis & partes catenas ducit. Et propter hoc ficus generat pediculos & exteriorẽ cutim humectant & sudare fa/

ciunt. Et omnis ficus tam recens q̄ʒ sicca epilenticis cōfert. pulmonē. pectus. gutturis asperitatē lenit. opilatōnes epatis ꝛ splenis aperit. licet eis noceat. ꝛ duo apostemata sūt sup illā dulcedinem. vrinam prouocat. humores grossos a renibus ꝛ vesica expellendo. Que recens est aliqualiter nocet stomacho. sicca vero non nocet. ꝛ sicca est mirabilis iuuamenti in aperiendo vias cibi: ꝛ proprie cum nuce vel amigdala. ꝛ virtutem habet solutiuam aliqualiter ꝛ proprie cum amigdala. Primi fructus ficuum qui vt flores sunt quos follatia nos dicimus. superfluam ꝛ indigestam habens humiditatem mali ꝛ grauis nutrimenti: ꝛ faciliter digestibilem Inde est q̄ sole exiccari non possunt. licet in calidiore anni parte producantur. Et ab auctoribus experimēto cōpertum est q̄ ficus. nux. ꝛ ruta demane simul comesta cōtra omne venenum est. ꝛ contra pestilentialem aerem specialem virtutem prestat.

De Fungis. Cap. xlj.

Fungi. inter ipsos ꝛ tubera est differentia: vt in. c. de tuberibus patebit. frigidi sunt ꝛ humidi in quarto. Licet quidam dicant q̄ sint in tertio. difficilis sunt digestionis et humorem generāt grossum. Timetur ex eoꝝ comestione stupor membrorum. dolor ventris. apoplexia. difficultas vrinandi. et prouocatio cum morte. Fungorum quidā sunt mortiferi: ꝛ quidam nō mortiferi. Fungi nigri in eoꝝ substantia virides ꝛ azurri sunt mortiferi: ꝛ illi in quorum superficie est humiditas viscosa ꝛ apparens putrefactio. De iudicijs etiam fungorum bonoruʒ credendum est expertis in regione vnde sunt. Ueruntamen experti in cognitione fungorum qn̄q̄ decipiunt̄: q̄a species fungi boni ex incognoscibili re potest venenum acquirere. Fungi eniʒ ex vaporosa putrefactione oriuntur. nō ex seminib⁹ aut radicis propagatione sicut alia vegetabilia. Minera igitur ortus eoruʒ posset esse sulphurea aut alteri⁹ veneni ꝑductiua. Ideo qui fungos colligūt attendere debent ꝛ cauere ne fungi iuxta ferrū eru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

ginosam oriantur aut arborem venenosam: aut arborem dantez sibi malaz qualitatē: sicut oliue. Licet quidā fungi iuxta oliuas sint etiam boni. Attendāt insuper cauernas serpentum ⁊ vermium venenosorum: quia ex istis iam multa mala exempla reperta sunt ⁊ multe familie ex comestione fungorum simul vna nocte periere. ideo fugienda est eorum comestio. Sed aliqñ stupidissimus eorum sapor nos decipiat ⁊ oporteat intellectuz sensui obedire: tunc attendendum est ꝙ pira sunt tiriaca fungorum. Elixetur ergo cum piris aut cum folijs pirorū. ⁊ proiecta prima aqua recoquantur ad perfectionem ⁊ condiantur cum sale ⁊ aromatibus calidis. ⁊ bibatur cum ipsis vinum purum ⁊ bonum: quia in hoc virtutem habet tiriacalem. ⁊ bonum est post ipsos pira comedere. non tamen que cum ipsis cocta sunt.

¶ De Farri. Cap. xlij.

Far est species frumenti quo vtimur in ferculis: quasi temperate est complexionis ad caliditatem declinans. multi ⁊ boni existit nutrimenti. laudabilem generat sanguinez. Sed nimis eius vsus epatis ⁊ splenis opilationem facit. ⁊ nocet lapides ⁊ harenulas habentibus in renibus ⁊ in vesica. si ex ordeo fiat virtutem ordei obtinebit.

¶ De Fabis. Cap. xliij.

Fabe frigide sunt ⁊ sicce propter temperamētum. Virides autem ad humiditatem tendunt ⁊ sunt peiores illis: quia humiditates superfluas generant ⁊ stomacho magis nocent. Omnes fabe dure sunt digestionis. ⁊ propter suam ventositatem sunt multum inflatiue vnde vapores eleuant ⁊ caput grauant spiritusq; ingrossant ⁊ mala somnia videre faciunt ⁊ melius sunt excorticate ⁊ fracte ꝗ̄ que corticibus comeduntur. longa remollitio ⁊ multa decoctio. ⁊ comedere eas cum aromatibus ⁊ herbis calidis earū ventositatem remouent ⁊ proprie proiecta aqua

prime decoctionis confert tussi ꝛ pectori; ipm lenificando: ꝛ cū aceto ꝛ corticibus virtutem constringunt.

De fasedi. Cap.xliiij.

Fasedi calidi sunt ꝛ humidi in primo. Humores grossos generant ꝛ inflatiuos. ventrem mollem faciunt ꝛ impinguant ꝛ vrinam prouocant. pectori ꝛ pulmoni iuuamentum prestant. caputq̧ grauant ꝛ ad somnia terribilia preparāt. Sinapis origanum ꝛ vinum purum ab eis omne quasi remouēt nocumentum.

De feniculo. Cap.xlv.

Feniculus calidus est ꝛ siccus in secundo. Eius vtimur fo liis in ferculis ꝛ in salatitiis. Bonos inter holera humores generat. pectori confert. ꝛ vias opilationis aperit. Radices eorum bone sunt cocte cum cineribus: quia eorum aperitiuam virtutem augent. Sed melior pars feniculi est semen eius. vrinam prouocat. epatis opilationes aperit. Et feniculus siluestris lapidē frangit. Omnis feniculus prodest visui ꝛ eius vsus visum acuit. Et quidam antiquorum estimauerunt quod serpentes in vere comedunt folia feniculi ꝛ fricant oculos per feniculum dum exeunt de cauernis: vt eorum visus confortetur ꝛ corroboretur propter debilitatem quam oculi eorum acquisiuerunt ex longa mora terre in hyeme. Fasiani caro est in capitulo de carne.

De Grano pini Cap.xlvj.

Granum pini modicum ad humiditatem et caliditatem declinat. Est impinguatiuum. Confert debilitati neruorum ꝛ eorum modificatiōi. Pectori. pulmoni ꝛ debilitati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

omnium membrorum auxilium facit·coitũ incitat ꝛ auget·eius materiam multum incitat ꝛ auget·ꝛ maxime cum zuccaro comestum·Ueruntamen virtutem modificatiuam habet ꝛ nocet stomacho·ꝛ tale nocumentum ex ablutione ꝛ remollitione in aqua calida remouetur· ꝛ qui calidam complexionem habent debent illud comedere cum zuccaro·cũ melle·ꝛ proderit stomacho ꝛ meliores generat humores·

¶De Granato· Cap·xlvij·

GRanatum·Malorum granatorum tres sunt species·Dulces·muze·ꝛ acetose: que omnes frigide cõplexionis sunt apud Auicennam:qui frigide cõplexionis regionis oriundus fuit:scilicet extreme partis Arabie versus Septentrionẽ· Sedꝫ acetose magis sunt frigide · Deinde Muze · Deinde dulces sunt minus frigide·Apud ceteros autez autores de calida regione oriundos dulcia granata calida iudicãtur:quia in regione frigida mala granata nunq̃ ad tantam dulcedinem veniunt vt debeant calida iudicari:ĩmo granata dulcia in regione frigida muza appellantur·In regione calida vsus malorum granatorum potius sunt ad medicinam q̃ ad cibum·Uirtutem habẽt citoniorum ante cibum in stringendo ventrez:post cibium stomachum confortat·ascendentes vapores reprimit· accidentalem calorem ꝛ aeris calidi caumata extinguunt·ꝛ cordis confortatiuã virtutem habẽt·Gallina grus in·c.de carne· Gariofolus supra in·c·de aromatibus·

¶De holeribus· Cap·xlviij·

HOlera pauci sunt nutrimenti ꝛ ſm diuersas eorum naturas vt ad cibnm ꝛ ad potum pertinent in diuersis reperiuntur capitulis·

¶Juiube· Cap·xlix·

IUiube. In ipsis auctores sunt discordes. Quidam volunt quod sint calide: quidam frigide: quidam quod sint sicce. Sed ad aliqualē declinant humiditatem. Difficilis sunt digestionis. grossum generat sanguinem. et pauci sunt nutrimenti. pectoris et pulmonis asperitatem minuunt. Et Gall. dixit quod reperit iuiubas in conseruanda sanitate et remouenda egritudine aliquid operantes.

De Lactuca. Cap. l.

LActuca frigida est et humida in secundo et facilis digestionis et pauci nutrimenti. licet plus nutriat elixata quam cruda. optimum generat sanguinem. Nutrimentū et sanguis ex eo generatus laudabilior est omni sanguine aliorum olerum et melior est si munda colligatur et non lauetur. quia ablutio aufert bonitatem ex ea. Aqua etiam in sua humiditate et frigiditate augmentū prestat et remouet bonam eius virtutem que in superficie existit et fit aliqualiter inflatiua. Suauis tamen lactuca dormire facit. et profundius cum aceto comesta appetitū inducit et stomacho calido confert. et similiter tussi ex calida materia generate. Plurimū tamen vsus eius oculos obtenebrat. visus debilitatem inducendo prouocat vrinam. et remouet appetitum. coitum et eius materiam minuit. et proprie semen suum quod in potu sepe sumptū habentibus nocturnas pollutiones aliquā in somnijs suis maximū quidem iuuamentum prestat.

De Lupino. Cap. lj.

LUpinus ex sui natura calidus est in primo. siccus in secundo. Licet quidam dicant vtrunque in secundo. Lupinus amarus potius ad medicinam pertinet quam ad cibum vermes interficiendo et opilationes aperiendo. Dulcis autem ex frequenti aquarum remollitione ad nutrimentum est aptus. et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

non calefacit corpus:quia ex remollitione caliditatem τ amaritudinem deperdit·difficilis autem digestionis est·humores tamen malos τ crudos generat·

¶De Lente· Cap·lij·

Lens frigida est in primo:sicca in tertio·Licet quidam dicant ꝙ ad temperamentum declinet·Eius cortex est ventris solutiuus τ medulla est stiptica τ difficilis digestionis:sanguinem generat grossum τ melancolicum·ad lepram·ad cancrum·τ ad alias egritudines melancolicas dispositum·est inflatiua τ cerebro τ stomacho τ pectori·propter eiꝰ exiccationem nocet·visum obtenebrat·τ aliqñ videre facit somnia mala·extinguit sanguinis caliditatem τ materiam coitus exiccat. Ut autē non noceat debet excorticari abiecta prima decoctione τ in noua recoquatur aqua·τ cū aceto τ aromatibus aut amigdalis cōdiatur·Et vtilior modus preparationis est cū secunda lentiū decoctione modicū farine ordei admiscere·ex cuius quidem comestione nutrimentum valde bonum generatur·

¶De Lacte· Cap·liij·

Lac temperamentum vicinum existit ad frigiditatem τ humiditatem parumper declinans·Licet quidā dicunt ipm calidum esse quod est tribus substantiis declinans:scilicet ex caseitate·butirositate τ aquositate:que dicitur serum·De butiro autem τ caseo dictum est·De sero autem non est presentis intentionis:quia eius vsus potius ad medicinam pertinet:ꝙ ad cibum·Lac est nobilis substantie τ optimi existens nutrimenti·facilime digestionis τ velocis conuersionis in sanguinē Nec mirum cum lac sit sanguis in mānillis secundo decoctus:vbi ex mānillarum natura·albedinem saporositatem τ cibi habilitatem acquisiuit·Diuersimode tamen lac bonitatem τ mali/

tiam participare potest: qui diuersam virtutem acquirit fm di/
uersam naturã ⁊ complexionem aĩalium ex quibus mulgeť. Nã
lꝫ laudabilissimũ lac sit muliebre: tñ pro nutrimento nostro vti
mur caprino. pecudino. vaccino. buffalino ⁊ similibus. Talẽ ꝟo
virtutem habet lac qualem fere animal vnde prouenit. Sed pro
meliori nutrimento vtimur caprino: qr stomachum magis con
fortat ⁊ epar minus opilat. Et lac iterũ melius est ex aĩali iuue/
ni. pingui. sano: q̄ antiquo aut macro ⁊ infecto. Et quanto me/
liorib⁹ pascuis vtunť aĩalia: tanto laudabilius erit lac. Et lac q̄
dem vernale aut estiuale melius est q̄ hyemale aut autumnale.
Et melior modus sumẽdi lac est ipm bibere ieiuno stomacho cũ
actuali caliditate sicut mulgetur ⁊ differre cibũ quousqꝫ de sto/
macho descenderit. Appetibilius est coagulatũ comedere p spa/
cium ante cibum: qa cũ lac sit facilime digestionis si cum alio ci
bo admisceretur aut putrefieret: aut secũ alter cibus indigestus
transiret. Et quiescendũ est propter lactis assumptionem ne ex
motu lac propter terrenã eius substantiam aut corrumpať aut
acescat. Lac multũ ⁊ bonũ generat sanguinem. cerebrũ ⁊ coitus
materiam augmentat. pulchrũ inducit colorẽ. ⁊ proprie cũ zucca
ro mixtũ pthisicis ⁊ consumptis hydropicis ardori vrine. tussi ĩ.
pectori ⁊ sputo sanguinis bonũ auxilium prestat. ⁊ ex natura q̄/
dem lactis est in illum humorem conuerti queꝫ in stomacho pre
dominantem reperit. Nam ⁊ si in stomacho sit calidiorꝝ humorꝝ
abundantia propter sui butirositatem que inflãmationi est in/
flãmatur corrumpiť ⁊ in fumũ cõuertiť. vnde caput grauat sin/
copim ⁊ anxietatem inducit. Si ꝟo in stomacho frigidi humo/
res habundent: lac sua caseitate acescit ⁊ in acidos ⁊ crudos hu
mores ꝯuertiť. Stomach⁹ lac sumẽs debet esse bñ disposit⁹ ⁊ ma
lis humorib⁹ vacu⁹ ⁊ in bona ⁊ naturali sua cõplexione existat
⁊ timeť ne lac coaguleť ⁊ caseeť in stomacho. Ideo autores vo/
lunt vt cũ ipso ⁊ post ipm sumatur zuccarum: aut mel sumendũ
sit quod ab illo securitatem facit. Et abluendum est cum vino:
aut cũ aceto ⁊ aqua: aut melle ⁊ aqua post lactis assumptionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Et remoueatur eius adherentia a dentibus et gi ngiuis: quibus propinquum est nocumentum inferri. Dunc capitis dolor adesset cauendum est a lactis exhibitione: quia illas auget passiones Nimius eius vsus visum obtenebrat. lapidem in corporibus dispositis generat. et epatis opilationẽ inducit. Lac purũ per se ventrem lubricat. Sed coctũ aut vbi ferrũ ignitum et igniti lapides extincti sunt: est ventris constrictiuum. Et lac optimũ est cõtra medicinas mortales. et proprie contra potum cantaridarũ et helleboris et argenti sublimati et aliarũ medicinarum quibus humana premit corpora. Limiones in. c. de citro. Lepus. Lingua in. c. de carne. Limatia in. c. de pisce.

De Mellonibus. Cap. liiij.

Mellones frigidi et humidi sunt in secundo: sed humiditas frigiditati dominatur. melioris nutrimenti quam peponisse aut alij fructus sui generis. Dulcis et maturus mello est conuenientiorum et meliorum humorum. et proprie si cum semine comedatur. Mello et omnis fructus sui generis aptus est conuerti in illum humorem quem in stomacho predominantem reperit licet ad flegmaticos humores facilius conuertatur. Et quidam dicunt ad colericos. et cum non digeritur nocet stomacho. vomitum fluxum ventris et dolorem corporis. ventositatem et rugitus et cibi abhominationem inducit. et proprie si cum aliis cibis misceatur. Ideo ab antiquis precipitur vt comedatur ieiuno stomacho et ab humoribus mundificato. et post aliquantulum spacij alter cibus comedi debeat. Nocet neruis ipsos humectando. prouocat vrinam: et proprie cum semine eius. et renes ab arenulis et lapillis mundificat. similiter et vesicam. Ut autem nocumẽtum mellonum remoueatur: colerici debẽt bibere post ipsum oxi zaccharant. i. viles ex zuccaro aqua et aceto factum. aut eximel. aut vinũ. aut de zinzibere condito comedant. Reperiunt aũt nostri autores discordantes si post mellonẽ aut peponem: quod idem

est·vinum aut aqua bibendum sit. Et sic fere de omnibus humi/dis fructibus est controuersia· Auicenna autem qui princeps est apud Sarracenos fuit vbi ex eorum lege vini potus prohibetur dixit non esse vinum bibendum post humidos fructus ꝛ proprie post pepones: quia ipsos indigestos ad epar penetrari facit ꝛ in putridos conuertuntur humores· Et in hac ratione omnes fere autores conueniunt· Apud nos autem quibus cõtinuus vini est vsus cessat illa ratio· Magnã quidem vim habet cõsuetudo· Et nanq res potissima in sanitatis custodia· Propter qd dicit̃ con suetudinem alteram esse naturã· Immo meli9 est vinũ post mel/lones bibere q̃ aquam· lz contrarium apud Sarracenos sit. ꝛ in suetos ad vinũ qui eo tm̃ pro medicina vtuntur· Nec Auicenna vinum post mellones omnino prohibet: cum precipiat humecta/tos ex mellonibus bonuz ꝛ purũ vinũ bibere· Inde apud nos at/tritum surrexit prouerbium: dum odoriferum ꝛ potens gustam9 vinum id pro peponibus bonum existere· Et Isaac in dictis par ticularibus dixit vinum vetus ꝛ odoriferum esse post Persica vt eorum putrescibilitas corrigatur· Melones iulij qui vt eoꝝ torti sunt: quos etiam mellones Sarracenicos dicimus· In simili vir tute quodammodo citrullorum existunt·

De Moro· Cap· lv·

Morum arboris celsi: quod dulce ꝛ maturum ad humidita tem ꝛ caliditatem declinat· parui est nutrimenti· stoma/cho nocet ꝛ faciliter in eo corrumpit̃ ꝛ ex eo cito descen/dit· licet plurimo tpe stet in ventre· Ideo ante cibum comedendũ est· vrinam prouocat ꝛ ventrem humidum retinet· Cum aũt mo/ra dulcia in aqua frigida lauantur ꝛ frigidantur· multũ infrigi datiua fiunt· sitim auferunt· ꝛ calorẽ intensiorẽ extinguunt. Mo ra celsi immatura frigida sunt ꝛ sicca· stomachum confortant ꝛ ventris fluxum constringunt· eorum autem vsus magis ad me/dicinam q̃ ad cibum pertinet·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶De Mora. Cap. lvj.

MOra rubi nigra ꝛ perfecte matura calida sunt ꝛ sicca par ui nutrimenti. ventrem stringunt. ꝛ dure sunt digestio/ nis. Eorum vsus potius ad agrestes ꝛ rusticos est q̄ꝫ de/ licata vita viuentes. Quando in magna quantitate comeduntᷣ caput grauant. Bonum est anteq̄ꝫ comedātur ipsa abluere: sicut de moris celsi dictum est.

¶De Menta. Cap. lvij.

MEnta ortulana que aromaticum habet odorem calida et sicca in secundo. Licet in ipsa sit humiditas superflua. ex sua proprietate cor letificat. confortat stomachum ca/ lefacitq̄ꝫ. appetitum inducit. abhominatiōem ex putridis humo ribus factum remouet. singultū ꝛ vomitum ex sanguine aut hu/ moribus frigidis reprimit. exiccat ꝛ adiuuat coitum propter in flationem que ab ipsa est ꝛ humiditatem superfluaꝫ. Et propter hanc antiqui duces exercitum vt cōtinentiores haberēt milites nolebant mentam in eorum castris apportari aut plantari vt in probleumatib9 suis narrat Aristoteles. Menta preterea interfi/ cit vermes ꝛ sua proprietate confert morsui canis rabidi.

¶De Maceano. Cap. lviij.

MAceanum est de specie pomorum quod a quibusdam di/ citur malum appium: vel sibi simile. Frigidum est et sic/ cum in primo. ꝛ illud in quo est aromacitas et dulcedo proprietatem hꝫ cor confortandi et letificandi. Et nutrimentū eius in genere pomorum melius existit. Fouet enim spiritus nu triendo.

¶De Maiorana. Cap. lix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Maiorana calida est ꝛ sicca in tertio· aperit opilationes cerebri· conuenit doloribus capitis· ꝛ humiditati atq; ventositati eiusdem confert· eius puluis cum melle mixtus liuorem sanguinis mortui sub oculo contingentis remouet· ꝛ similiter maiorana viridis interdum lapides contusa eundem remouet liuorem· caput purgium· ex succo vel aqua eius cerebrum mundificat ꝛ confortat· ꝛ superposita cum aceto puncture scorpionis auxilium prestat.

¶De Melle. Cap·lx.

Mel est ros occult⁹ de nocte cadens super ꝛ reliqua quod apes colligunt ꝛ in regionib⁹ vbi ros manifestus est ab hominibus colligitur ꝛ manna appellatur· Mel calidū ꝛ siccum in secūdo· ꝛ melius est quod cum bono odore dulce existit: ad aliquale declinās acumen· est vt palea in colore ꝛ vernale melius est estiuo: ꝛ estiuum autumnali: ꝛ pessimū est hyemale Mel incidit ꝛ mundificat malos humores de interioribus corporum· frigidis ꝛ humidis competit complexionibus: ꝛ proprie senibus: qa in eorum corporibus cito in sanguinem conuertit. Calidis vero ꝛ proprie in estate incōueniens est. quia cito in colericos mutatur humores· Mel quidem coctum melius est melle crudo: quia crudum ventositatem ꝛ inflationem generat: ꝛ cito penetrat ꝛ velociter nutrit ꝛ prodest suffocationi facte ex fungis venenosis· vrinam prouocat ꝛ tussi auxilium prestat· Et mel in suis virtutibus diuersificatur ſm diuersitatem florum ꝛ herbarum· ꝛ foliorum super quos cadit quod apes recolligunt· Acquirit etenim ros qualitatem herbe super qua stetit in nocte anteq̄ ab apibus recolligatur· Et ideo mel Regionis bonarum herbarum ꝛ arborum melius est melle malarum: ꝛ mel si calefactum cum oleo Rosato bibatur competit morsui vermium venenosorum ei qui bibit opium· Et eius commestio morsui canis rabidi

auxilium prestat· Mala granata in·c·de granato· Mala arantia in·c·de citro· Mala in·c·de pomis· Mala apia in·c· de macianis Mala citonia in·c·de citonio· Milium in·c·de panico·

De Nuce· Cap.lxi·

NUx quedam est recens: que est humida · Quedam sicca· Nux sicca calida est in tertio: sicca in primo· et quanto magis antiquatur: tanto magis humiditatem perdit. In tantum vetustatur aliquando vt naturam cibi amittat. Est difficilis digestionis et nocet stomacho calido: quia cito in humores colericos conuertitur· adustionem eleuans et fumum faciens vnde dolorem capitis et oculorum caliginem inducit · Nux grauat linguam et loquele impedimentum prestat: propter imbibitionem sue diagme in masculis lingue· quod bene apud cantantes officium in quadragesima compertum est · Superficiei oris et tussi calide nocet et eius gutturi nocumentum facit· Tamen nux prodest stomacho frigido· et ipsa boni nutrimenti et bone digestionis existit: et proprie recens et condita cum melle et renibus frigidis iuuamentum facit: cum nux pista et cum aliis rebus frigitur fit stiptica et fluxui ventris prodest· Nux· ficus· et ruta laudabilis medicina est contra omne venenum· Et vsum eius in pestilenti tempore de mane ieiuno stomacho saluberrimum fore diuturno experimento compertum est· Potest autem a siccis nocumentum remoueri si exterior cortex aliquali ruptura contundatur et quasi vt recentes et virides fiant saporosiores erunt et fere absque nocumento existent·

De Nespila. Cap·lxii·

NEspila frigida est et sicca in primo · Ad medicinam magis pertinet quam ad cibum· stomachum confortare solet vomitum et ventris fluxum constringit . vrinam prouo-

cat·parui tamen ꝛ grossi nutrimenti existit·ꝛ magis stiptica est q̄ sorba·

¶De Nasturtio: alias agretti· Cap·lxiij·

Nasturtium est herba qua pro insalatitio vtimur quādoq̄ Vulgariter dicitur agretti· Calidum ꝛ siccum in tertio· In virtute fere similis existit eruce· Eius vsus melior existit in hyeme q̄ in estate· Et in modica quantitate pectori competit ꝛ pulmonem ab humoribus crudis mundificat· appetituz inducit· licet stomacho mordificationem faciat· epar ꝛ splenem calefacit· exiccat coitum· ꝛ vermes interficit· conuenit bibitum punctioni venenosorum vermium· ꝛ cum melle etiam superpositum· ꝛ eius suffumigatio expellit animalia venenosa· Nux muscata in·c·de aromatibus·

¶De Oliuis· Cap·lxiiij·

Oliuis pro nutrimento vtimur dum condiuntur· ꝛ virtutem feniculi ꝛ aliarum rerum quibus admiscentur acquirunt· Sūt difficilis digestionis ꝛ parui nutrimenti· humores generant grossos ꝛ stipticos· remouēt stomachi abhominationem· appetitum incitant stomachum confortando et oris odorem bonum inducendo· Et sumpte post cibos impediunt fumos ad caput ascendere· In medio vero prandio si sumātur magis appetitum confortāt· Et Galienus multum laudat ad exercitandum appetitum oliuas in aceto repositas·

¶De Oleo· Cap·lxv·

Oleum oliuarum quoddam ex oliuis immaturis exprimitur: ꝛ dicitur Omphacinum· et est frigidum et siccum in primo· Aliud ex oliuis maturis fit: quod in vsu habemus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Et est fere temperatum ad caliditatem ꝛ humiditatem declinās Cum oleum cõmune antiquatur in virtute calidissimorum oleorum existit ꝛ habilitatem condimenti deperdit. Si autem omphacinum antiquatur simile oleo communi fiet. Et licet oleum omphacinum sit saporosius ꝛ confortatius: tamen oleum commune absolute est melius. Omnes olei species corpora confortant: sed omphacinum cum sit stipticuz ꝛ saporosius: erit stomacho iuuamentum. Et potus olei cõmunis quantitate vnius ciathi ieiuno stomacho vermes interficit ꝛ ipsos extra ventrem inducit. Siquidem sumpto veneno ex oleo ꝛ aqua calida fiat vomitus veneni maliciam reprimit.

De Ordeo. Cap. lxvj.

Ordeum frigidum est ꝛ siccum in primo. Far ꝛ panis eius est minoris nutrimenti ꝙ tritici aut albeti facilis est digestionis. abstersiuum. refrigeratiuum. ꝛ eius farina habet virtutem stipticam. prodest calidam complexionem habentibus. ꝛ ventris laboribus ex ventositate factis nocet. Tamen eius farinata perfectiorem generat sanguinē ꝛ pectori ꝛ cerebro vtilitatem prebet.

De Ouis. Cap. lxvij.

Oua fere temperata sunt ꝛ humane nature vicinitatem habent. Licet albumen ad frigiditatem ꝛ vitellum ad caliditatem declinet. Et ideo est albumen vitelli parumper durum ad digerendum ꝛ tardum ad egerendum. Ouorum vitella cor valde confortant: cum ex laudabilibus auibus accipiunt: vt galline. starsene. fasiani. ꝛ similium Facilime autem digestionis ꝛ velociter in sanguinē transmutantur ꝛ inter omnes cibus paruissima ex eis sequestratur superfluitas. Sanguinem generant conformem sanguini quo cor nutritur: scilicet subtilem. clarū et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

cito in cor impellitur. Ideo pre ceteris aliis nutrientibus conue-
nientiora sunt in dissolutione spirituum ꝛ diminutione sangui
nis/cordialis. competunt asperitati pectoris. tussi. spleuresi. ethi
ce. raucedini vocis. stricture pectoris. ꝛ sputo sanguinis. Et si in
aceto coquantur cũ cortice sicut sunt quousq; indurentur fiunt
stiptica ꝛ ventrem constringunt. Et vitella ouoꝝ competunt ar
dore vrine. vlceribus renum ꝛ vesice. ꝛ proprie si cruda sorbeanṫ
Omnia oua in coitu augmentum prestant ꝛ naturã ex coitu de
bilitatam restaurant. Ouorum preterea comestio stomachum a
malis humoribus mundificatum requirit: quia propter tenerri-
mam eorum substantiam si calidos reperit humores putrescunt
ꝛ in putridam ꝛ colericam conuertunṫ materiam. Si autem fri-
gidos reperit acescunt: sicut supra de lacte dicebatur. Oua insu
per ex multis reb9 in suis bonitatib9 diuersitatẽ accipiunt. Nam
ex predictis auibus meliora sunt maxime si sane pingues ꝛ in iu
uentute existentes sint. ꝛ proprie si ex bonis nutriantur rebus:
vt ex milio. frumento. panico ꝛ hmõi. Nam videmus oua ex gal-
linis pascentib9 herbas mala esse ꝛ odorem atq; saporem herba
rum ex quibus vescuntur habere. ꝛ oua gallinarum ꝛ aliarũ aui
um que a gallo ꝛ suis masculis nõ calcantur ab Aristotele oua
venti dicuntur: quia nõ sunt prolifica. minoris existunt bonita-
tis q̃ꝫ oua auiuꝫ suis masculis succumbentiũ. que prolifica sunt
quoniam ex naturali caliditate seminis masculis reddunṫ oua
melioris substantie ꝛ laudabilis nutrimẽti ꝛ facilioris digestio
nis. ¶ Oua Anatis. anseris. pauonis. strutionis ꝛ similiũ mali
nutrimenti sunt grauem habent odorem ꝛ stomacho fastidium
faciunt. Oua recentia sunt meliora. ꝛ quanto plurium dierum
sunt tanto minoris bonitatis existunt.

¶ Oua etiam ex diuerso preparandi artificio diuersam bonita-
tem ꝛ malitiam sortiuntur. Debent/quidem oua temperate deco
qui: vt sint tenera ꝛ sorbilia: quia cocta nimis vsq; ad duriciem
dure sunt digestionis ꝛ malos generant humores.

¶ Quinq; tamen modis contingit oua in preparatione diuer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

ficari·Aut elixantur·aut assant·aut friguntur·aut in tortellis ponuntur. aut in fisculis miscentur·Et ex melioribus preparandi modis est assatio cum cortice: vt est ad lentum ignem·aut elixatio in aqua. Sed autores maxime laudant oua fracta in aqua decocta: que perdita dicuntur: quia calor depurat ouorum superfluitatem: vt per spumam apparet·Et etiā melius ouorum vapores cortice non impediti exhalant: vt cum hec ex aromatibus bonam virtutem habentibus condiuntur·Et post ista in bonitate existunt oua elixata in aqua cum cortice suo integro vt sunt: q̄a in decoquendo eorum humiditatem naturalem conseruāt· cum aque humiditas exiccatōi ignis repugnat·Et post ista sunt assata cum cortice tota vt sunt ⁊ parumper a cineribus discoopta vt melior fiat exalatio ⁊ assata in testiculis sunt nimis bona predictis·⁊ peiora sunt fricta: quia stomachum grauāt ⁊ cito in fumositatem atq; putredinem ⁊ malos humores ⁊ colericos conuertibilia sunt·⁊ que in tortellis aut in fisculis decoquuntur media inter frixa ⁊ elixata existunt·Oua preterea mala vt venena fugienda sunt·⁊ maxime ab illis in quibus mali humores et proprie in stomacho dominantur: q̄a experimento videmus q᷑ sola vnius oui putredine totum fetore infectum redditur conuicinium·

¶Oua testudinis cerebrum confortāt·Ideo epilenticis auxiliū prebent· quoniam contra caducum morbum virtutem habent· Oculi caro in·c·de carne.

¶De Persica· Cap·lxviij·

Persica frigida in secundo· ⁊ humida in primo· Non matura ⁊ similiter incisa ⁊ exiccata stiptica sunt· Sed matura ⁊ recentia velociter putrescunt: ⁊ in flegmaticos conuertuntur humores· Et nimi⁹ eius vsus ad febres quotidianas preparat·Mala sunt facilis digestionis ⁊ ventrem humidum faciūnt. ⁊ vrinam multiplicāt· Non matura autem ⁊ sicca nō sunt boni nutrimenti ⁊ dure digestionis sunt ⁊ ventrem constringūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Que bene matura sunt ꝛ aromaticum odorem habent: sunt bo-
na stomacho· ꝛ in eis est virtus inducendi appetitum· Et specia
lem virtutem habent contra vetorem oris a stomacho venientez
ꝛ proprie si ex colericis humoribus fetor fuerit· Sua ergo propri
etate oris odorem bonum efficiunt· Persica autem comedenda
sunt ante cibum ieiuno stomacho. Post ipsa vinum vetus odori
ferum bibendo: quia post cibum citissime putrefierent. Verunta
men licet ita sit: quidam autores Persica post cenam concedunt
in modica quantitate: si prius in bono vino ꝛ puro mundata re-
molliantur: quia os stomachi ꝛ superiora membra refrigerant· ꝛ
proprie cum ex assatis carnibus cena fuerit·

De pruna·   Cap·lxix·

PRuna frigida sunt in secundo: humida in tertio· Quidaz
tamen dicunt pruna dulcia propinqua esse temperamen-
to· Meliora ex prunis sunt Damascena ꝛ parui sunt nu-
trimenti· Usus prunorum dulcium stomachum humectando no
cet· Uentrem lubricum tenent ꝛ coleram leniendo soluunt· et re-
centia magis solutiua sunt ꝙ sicca· Pruna virida ꝛ pontica ma
la sunt ꝛ noxia absqꝫ nutrimento· ideo non debent comedi nisi
matura· Que autem muza inflammationem cordis sedant· ꝛ co-
lericos humores reprimunt·

Pira·   Cap·lxx·

PIra multarum sunt specierum· Quidam ex antiquis au-
ctoribus volunt ꝙ pira dulcia ꝛ saporosa que absqꝫ arena
ꝛ aromacitatem participant sunt in genere omnium po-
morum laudabiliora ꝛ bonorum humorum generatiua. Uerum
talia pira vere temperata sunt ꝛ virtutē habent letificandi ꝛ con
fortandi cor· melius ꝙ mala citonia aut maciana· Sed vt pluri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

mum pira frigida in primo: sicca in secundo. Bona sunt pira eli genda stomachū confortant. et proprie eorum semina. et conferūt tussi et doloribus ventris. licet caro pirorum quandoque ex nimio vsu vētris dolorem inducat. et si cocta et cum aromatib9 calidis: aut aniso: aut coriandro comedantur nocumentū ab eis remouetur. et secundum quod diuersa pirorum species requirit: sic pira cocta aut cruda comedenda sunt. que vtplurimū post cibū comeduntur. si ventris fluxus non adest aut nō timetur vt pira dura molescant et sapidiora fiant: aut elixanda sunt: aut super fumū aque calide suspēdantur. Pira quidem post cibū propter sui stipticitatē faciunt boni stomachi sigillum ipsum confortando. digestionem augendo. et vaporum ascensum reprimendo. Pira et eius folia propria siluestria tiriaca fungorum est qui sunt supra in. c. de fungis.

De Portulaca. Cap. lxxi.

Portulaca frigida est in tertio: humida in secundo. Parui est et non laudabilis nutrimenti. fluxum atque sanguinis sputum et vomitū ex humoribus calidis factū restringit. calorem extraneum et stomachi. renū. vesice atque vrine ardorem extinguit. Plurimus eius vsus pannū quandoque facit accidere in oculo et appetitū debilitat. Licet quidam dicant quod sua ponticitate stomachum et intestina confortet. desiderium et materiā coit9 sua qualitate diminuit et mastica dentium congelationē aut stuporem remouet qui ex acrium comestione inducitur.

Petroselinum. Cap. lxxii.

Petroselinum vna ex speciebus apii est calidum et siccum in secundo. Licet quidam dicāt in tertio. prouocat vrinam. renes et vesicam mundificādo: eorumque dolorem remouendo. ventositates et ventris inflationes remouet. et totius corporis opilationes aperit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

¶ Poma que dicuntur mala. Cap. lxxiij.

Poma que mala dicuntur diversarũ sunt specierum. dulcia. muza & acetosa Omnia frigide & humide complexionis Sed que dulcia sunt magis temperie ꝑpinqua sunt & acetosa aut pontica siccitati assidua: Pomorum comestio dolorem nervorum evenire facit & ad diuturnam febrem corpus preparat & putrescibiles humores generat. & proprie comestio imaturorum pomorum. Poma autem dulcia saporosa & aromatica ardori & debilitati stomachi conferunt. vomitum retinent & appetitum inducunt & si dura & perfecte matura non sunt decoctione indigent. & maxime si talis pomorum species requirit. Et melior coquendi modus est super prunas eorum semine abstracto: aut zuccaro aut melle impleri s̃m comedentis complexionem. Et poma si sint magna scinduntur cum gladio per medium in duas partes. & cum puncta gladij fiat scissura circumcirca inter corticem & pulpam & impleatur zuccaro extracto semine & ponãtur super prunas: corticem versus ignem volvendo. Ex tali quidem pomorum decoctione digestiora atq; saniora sunt. sitim extinguunt & ardorem colere reprimunt & stomachum confortant. et post cibum comedi possunt. & proprie si cum aniso confecto aut coriandro comedatur.

¶ Pastinaca. Cap. lxxiiij.

Pastinaca apud Arabes baucia dicit̃: duarũ est specierum Alba silvestris seu campestris & rubea hortulana: Ambe sunt difficilis digestionis. pauci & grossi nutrimenti: seu cocte: seu pro insalatitio: seu pro ferculo comedantur. Pastinaca enim confert tussi. pleuresi & hydropisi. incitat coitum: & proprie semen eius: bis tñ elixanda est: & ꝓiecta prima decoctione & scd̃a tertio cum lactuca decoquenda est & cũ coriãdro aceto pipe cepe & simi

libus condienda est. Que autem condita est difficilioris digestionis existit. Frigiditati neruorum. doloribus dorsi ꝛ renũ conferens ꝛ magis coitum excitat. Omnis pastinaca calida est in secundo ꝛ humida in primo: Attẽdendum tamen est apud eos qui siluestres aut campestres pastinacas colligunt: ne cum ipsis aut loco ipsarum quandam cicute speciem colligerent: que pastinacis talibus multum assimilantur: quia cicuta malos ꝛ stupefactiuos ꝛ fere venenosos inducit effectus. Multos enim ex tali errore infatuatos uidi. ꝛ fatuorum verba ꝛ facta facere quousqꝫ cicute accidentia sedata fuerint.

De piscibus. Cap. lxxv.

PIsces multarum sunt specierum: de quorũ natura ꝛ modo preparandi oportet credere habitantibus in regionibus vbi degunt. Uniuersaliter tamen frigidi sunt et humidi. licet marini minorem frigiditatem ꝛ humiditatem participent. Sed pisces saliti calidi ꝛ sicci. ꝛ quanto pluris saluntur et in salitione antiquarum: tanto maioris caliditate ꝛ siccitate habundant. Ideo ex salitis piscibus parua quantitas comedenda est que rebus pinguibus preparetur. ſm quidem diuersas pisciũ species que fere infinite ꝛ ignote nobis sunt: diuerse et meliores ꝛ deteriores reperiuntur. De paucis igitur nobis nociorib⁹ quibus in Italia ad esum magis vtimur fiet infra specialis mentio. Inquit Galienus ꝙ optimus sanguis medius inter grossum ꝛ purum ꝛ subtilem ꝛ aquosum generatur ex pane optime preparato ꝛ ex volatilibus aĩalibus: vt perdice ꝛ similibus. ꝛ huic proximus est ille ex marinis piscib⁹ generatus ꝛ prope pelagalibus ꝛ paterni pisces sanissimi corporib⁹ hominũ generant sanguinem medium inter subtilem ꝛ grossum. ꝛ eoꝝ alimentum est bene digestibile. Sed generaliter ex piscibus meliores sunt illi qui non sunt valde magni: neqꝫ nimiũ durã carnem habentes neqꝫ super

fiua ⁊ abbominabili pinguedine abundantes: In quibus neq; ce
nosus odor: neq; sapor malus existit. ⁊ quorum caro non cito pu
trescit dum ex aquis extrahuntur. Ex piscibus duram carne ha-
bentibus eligendus est minor. ⁊ ex mollem habentibus carnem
eligendus est maior. Licet quidam ex autoribus dicāt q̄ pisces
medie quantitatis in sua specie sunt meliores. Et pisces q̄ apud
autores magis laudantur sunt marini in locis petrosis perma-
nentes: humane complexioni apud antiquos conformiores: q̄a
sanguinem generant temperatum non turbidum ⁊ grossum: sed
potius aquoso ⁊ subtili viciniorem. ⁊ propter eius subtilitatem
velociter a membris resolubile: sicut sanguis ex temperato ⁊ sub
tili nutrimento generatur. Ideo fortiter laborantibus qui du-
ro indigent cibo ⁊ membrorum confortationem non proportio-
nantur: sed ociose viuentibus in regimine sanitatis confert: et
proprie conualescentibus ⁊ senibus ⁊ debiles virtutes habenti-
bus. Scd̄o post istos pisces pelagales sunt meliores: quia aquā
insalsite bonam habent ⁊ claram. sed duriores ⁊ pinguiores sunt
⁊ tardius ex membris resolubiles. licet non sit tantum laudabi-
le nutrimentum. Tertio post istos sunt meliores pisces in litto
ribus arenosarum vel petrosarum aquarum degentes. Tres igi
tur predicte species piscium meliores sunt piscibus fluuialibus.
Salsedo enim maxime aque in similibus locis viscositates ⁊ hu
miditates tediosas a piscibus aufert: ideo tales pisces saporosio
res sunt. Quarto post istos meliores sunt pisces ex currenti ⁊ pe
troso flumine recentium ⁊ clararū aquarum. Jmmo a quibusdā
tales pisces laudantur ex omni genere meliores: quia inter eos
Lampredas. Trutas. Carpiones reperimus super omne genus
piscium laudandos. Quinto post istos dicuntur esse pisces flu-
minum non recencium aquarum neq; multum currentium. que
si iuxta ciuitates decurrant: pisces generant malos ⁊ putrescibi
les: quia ex immundicie illarum ciuitatum inficitur aqua: ⁊ ma
xime si per ipsas transit. ⁊ etiam admiscentur cum aquis vbi li-
num ⁊ similia macerantur. Sexto sunt pisces lacuum vnde aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

exeunt flumina bone aque aut ingrediuntur: quia piscibus fluminum fere assimilantur. Septimo post istos sunt pisces in littoribus permanentes vbi sunt aque lutose ⁊ turbide ⁊ terrestrib⁹ immunditijs admixte. ⁊ peiores pisces sunt lacunalium ⁊ paludalium aquarum: ex quib⁹ nec ingressus nec egressus est fluminum manifeste aut occulte: Pisces vo marini qui in aquis dulcibus ascendunt: aut pisces aquaꝝ dulcium qui in mari ingrediũtur medij inter fluuiales ⁊ marinos existunt. Omnes pisces salsi difficilis sunt digestionis longam moram in stomacho facientes: ⁊ pauci ac illaudabilis sunt nutrimenti: sitim inducentes. ⁊ recentes sanguinem generant frigidum. neruos mollificant. et in corpore varie producuntur viscositates: ex quibus varie perueniunt egritudines. Pisces recẽtes lꝫ dure sint digestionis: vẽtrem tamen humectant. coitum ⁊ eius materiam augent. ⁊ oua multorum piscium ⁊ proprie lactentium barzonum ventrem soluunt ⁊ vomitum inducunt: nam quandam venenositatis speciẽ retinent. Ideo a tali ouorum comestione cauendum est. Preterea cauendi sunt pisces qui post decoctionem per diem infrigidati sunt: qm̃ veneni quandoqꝫ qualitatem accipiunt ⁊ acẽna inducunt: que ex venenosis fungis accidere solent. Et pisces assandi refrigendi aut elixandi sunt ẜm ꝙ ipsorum diuersa requirunt genera. Ipsos tamen cum aceto ⁊ aromatibus condiri bonũ est: vt eorum viscositas incendatur ⁊ fiat habundanti frigiditati resistentia. Omnia insuper brodia piscium contra venena bibita auxilium prestant. Et si fiat frequens ex dictis brodijs vomitus morsui cornute serpentis ⁊ canis rabidi prodest.

¶ Carpio est ex laudabilioribus piscibus aquarum dulcium. boni nutrimenti ⁊ facilis digestionis: dum est recens in prima decoctione: qui quanto pluribus decoquitur vicibus: tanto durioris est digestiõis: paucas ⁊ nõ corruptibiles supfluitates signũ est ꝙ per plurimos dies durat decoctus ⁊ non putrescit.

¶ Themalus est piscis boni ⁊ laudabilis nutrimẽti. ⁊ est piscis maximi exercitij. propter quod mutillaginem nõ habet ⁊ tempe-

ratam habet complexionem·quod ex suo bono sanguine compre
henditur· ¶ Truta est multum similis carpioni in forma ꝛ nu
trimēto·Quando in saxosis fluminibus ꝛ altis montib⁹ capiūtᷓ
que sicut carpio pluribus decocta vicibus diu durat antea ꝙ pu
trescat·De truta intellexit Galien⁹ dum inquit ꝙ multo melio
res pisces ꝙ in tiberi sunt qui capiunt̄ in flumine quod Nar di
citur·ab'altis degens montibus ꝛ viuis fontibus·stagnizans q
dem nunꝙ·Veruntamen hoc singulare habet truta: ꝙ dum de
scendit ex suis viuis ꝛ petrosis fontibus ad magna flumina sta
gna ꝛ lacunas est ita facile mutabilis ꝙ perdit bonitatem ꝛ sa
porem acquirens·vel ex ocio·vel ex grossitie aquarum pinguedi
nem quandam viscosam ꝛ abbominabilem·

¶ Lucij sunt pisces rapaces·ꝛ est lucius rex pisciū in aquis dul
cibus: sicut delphin in mari·Est boni ꝛ in genere piscium lauda
bilis ꝛ sicci nutrimenti: sine mucosa superfluitate quando in vi
uis fontibus ꝛ currentib⁹ fluminibus capiunt̄· Sed in stagnis
ꝛ grossis aquis ocio ꝛ pinguedine bonitatem perdant · sicut de
truta dicebatur·vtriusqꝫ sunt pisces velocissimi motus ꝛ maxi
mi exercitij·De truta expertum est ꝙ ascendit per radios aqua
rum ꝛ rupibus rapide descendentium·

¶ Persicus est boni nutrimenti ꝛ boni saporis ꝛ facilis digestio
nis ꝛ paucarum superfluitatum·

¶ Salmo est piscis apud flumina Alamanie ꝛ boni est nutrimē
ti ꝛ boni saporis·sed propter nimiam suam pinguedinem deficit
parumper a bonitate nutrimenti ꝛ boni saporis·Salmo assatus
magis assimilatur in sapore carnibus quadrupedum siluestriū
ꝙ piscium·Extra aquam subito moritur·licet cor eius viuat et
moueatur ꝙ cor aliorum piscium·

¶ Tinca malum grossum ꝛ humidum generat nutrimentum·

¶ Anguilla malum viscosum opilatiuū ꝛ difficilis digestionis
generat nutrimentum· Aduertendum est in quo loco anguilla
capiatur: quoniam experimento compertum est in coitu cum ser
pentibus concubinari ꝛ venenosas fieri·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Anguilla magnã conformitatem habet cum fungis in sapore in viscosa humiditate ꝛ malitia nutrimenti. Nec mirũ cum anguilla in genere piscium ex putrefactione generetur: sicut fungus in genere vegetabilium ex putrefactione absqꝫ seminũ ꝛ radicũ propagatione ortus est. Et ideo anguille cum aromatibus condiri debent ꝛ cũ rebus earum malam humiditatem corrigentibus.

¶ Rane multaꝝ sunt specierũ. Que terrestres sunt ꝛ saxose: aut arboree virides male sunt ꝛ venenose. Ille autẽ que in fontibus ꝛ bonis aquis capiuntur sunt ad esum in cõmuni vsu ciboꝝ. ꝛ ex eis posteriores partes renum ꝛ coxarum comedantur. ꝛ nõ sunt mali nutrimenti. Quidã ex autoribus multum laudauerunt ranas ad vtilitatem leprosorum. ꝛ ꝙ multi per comestionez ranaꝝ a lepra non confirmata liberati sunt. quod nõ est a ratione remotum: propter conformitatem quã cum serpentibus habent. Caro enim Tiri ꝛ viperaꝝ ad curam leprosoꝝ laudatissima est. Et ergo de viperis mirabili experimento probaui. Cauende sunt excedentes magnitudinem: qm̃ de natura buffonũ participare videntur ꝛ cum buffonibꝰ quandoqꝫ per coitum concubinantur.

¶ Lamprede duarum sunt specierum. Quedam parue in luto et limis bonarum aquarum degentes boni saporis ꝛ laudati nutrimenti: palmi magnitudinem non transcendentes: ꝛ in figura lũbricis terrestribus assimilantur. Alie sunt magne ad pondus quandoqꝫ multarum librarum: siue magne anguille boni ꝛ laudati sunt ꝛ desiderati saporis absqꝫ mutilagine ꝛ superfluitate: quam ex humo saxorum sub aquis existentium sugendo nutriuntur. In stomacho earum nihil corpulentum reperitur. Lamprede quidem magis ceteros excellũt pisces in cariore precio ꝙ̃ nobilitatis nutrimenti.

¶ Cancri multarũ sunt specierũ. Quidã sunt marini. ꝛ quidam aquarum dulcium. ꝛ quidam rotundi. ꝛ quidaꝫ caudati. Cancri rotundi fluuiales qui granci vocantur sunt boni nutrimenti et impinguatiui: ꝛ proprie si in aqua aut lacte ordei elixentur: vbi prius aliquãdiu moram traxerunt. Ideo datur pro laudabili nu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

trimento macilentis τ consumptis febre ethica laborantibus.
¶ Cancri caudati qui gambri dicuntur. sunt similes cancris ro-tundis in nutrimentis si in viuis fontibus τ bonis aquis capiū tur. Sunt tñ difficilis digestionis τ grossioris nutrimenti si a fe cali intestino redeuntur: quod per mediam caudā descendit lau-dabiliores erunt. Gambri marini difficilis sunt digestionis. sto macho nocent. τ propter salsedinem ventrem soluunt.
¶ Gambri magni marini qui locuste dicuntur: sunt difficilis di gestionis: sed dum digeruntur boni sunt nutrimenti:
¶ Cinis omnium cancrorum τ proprie cancrorum rotundiū flu uialium est solennis τ singularis medicina cōtra morsum canis rabidi de quo ego vidi mirabiles experientias. Etiam Galieno inquiente: nullum fuisse mortuum qui eo puluere ante aquarum abbominationem a principio sit vsus.
¶ Trilia est marinus piscis ceteros excedēs in bonitate saporis τ nutrimēti. sed difficilis est parump digestionis. ꝓpter id ꝙ du ram carnē habet τ facile strangibilē τ a viscositate remotā. con gruūqꝫ prebet homini alimentū. Galienus inquit leccatores ro manoꝝ admiratos esse sapidissimū trilie epar dilectōnis gratia propter multo argento epatis causa grandes trilias emebant.
¶ Pectines marini sunt boni τ laudati nutrimenti.
¶ Sipie τ pisces duaꝝ carnium. sunt difficilis digestionis τ du ri nutrimenti. ¶ Ostreorum multa sunt genera. Sed ostrea que esui iu vsu habemus dum digeruntur boni sunt nutrimenti. τ im pinguatiui ac restauratiui τ ad materiam coitus augmentū pre stat. ¶ Cephalus est piscis qui in mare oritur τ in aquis dulcib⁹ τ raro ex aquis dulcibus ad mare descēdit: sed libēter ad aquas dulces descendunt. τ illi sunt inter ceteros meliores boni sunt τ laudabilis nutrimenti. Qui autem in stagnis τ malis aquis ca-piunt̄ ita a bonitate degenerāt vt mali sint τ illaudabiles. Ha-bet cephalus quosdam pisces sibi similes. τ licet nō sint eiusdem speciei: tamen simile de eis iudicium haberi debent.
¶ Tunni sunt marini pisces ex quibus fit tunnina. Inquit Ga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

lienus licet recētes sint boni τ delectabiles: saliti tamen sunt me lioꝛa· τ similiter palamides melioꝛes sunt saliti·

¶ Sarde pꝛeciosissima sunt pisciū salitaria delectationis τ mol liciei carnis gratia·

¶ Stophis piscis qui in Italia quandoqꝫ ex Noꝛueia vbi oꝛitur transpoꝛtatur· τ est piscis marinus de genere malachiarum non habentium squamas neqꝫ duras testas: sed habet cutem duram sicut polipus· durat per annos sicut aqua salitara· priusq̄ coqua tur opoꝛtet vt cū malleis ligneis foꝛtiter percutiendo contunde tur deinde frustatim inciditur τ elixatur τ cū aromaticis condi mentis facit sapidissimū ferculum· boni τ laudabilis nutrimen/ ti: quoniam in diebus feriatis limitatus que coclee dicunt̄ qn̄qꝫ vtimur loco pisciū ideo de ipsis in hoc capitulo fit mentio·

¶ Limatie· licet carnem habeant difficile digestibilem: tamen si digerantur sunt boni laudabilis τ restauratiui nutrimenti· pe/ ctoꝛi τ pulmoni conferunt· τ pꝛopꝛie epar confoꝛtant eiusqꝫ opi/ lationes aperiūt. Ethicis τ consumptis pꝛosunt: quia alimentū viscosum generant ab ethicoꝛuꝫ caloꝛe difficilius resolubile· sed pꝛius ab earum viscositatibus ablute τ mundate pꝛeparentur· τ melioꝛ modus pꝛeparationis limaciarum est vt cum testa sicut sunt ponant̄ in cacabo super igne fere pleno aqua bulliente vbi stent quousqꝫ reincipiat bullicio· deinde capita τ pectoꝛa que ex tra testulam poꝛtant dum ambulant ad earum testulis τ ventri bus sequestrentur· τ in cineribus voluantur: vbi aliquali facta moꝛa vt melius cineres eaꝝ viscositate imbibantur: manibus fri/ centur· demū cum aqua calida totiens abluantur vt omniuo a cineribus τ muscositate mundentur· post cum sale τ aqua calida τ aceto fricentur· Demū cum aqua frigida aliquotiens lauētur vt albe τ clare a viscositatibus munde remaneant· τ tunc elixari aut assari· aut subfrigi aut in subtesticiis aut in viscolis pꝛepara ri possunt· τ cum diuersis aromatibus τ sapoꝛibus cōdiri s̄m di uersum coqueudi artificium·

¶ Testudines sunt multoꝝ generum. Quedam marine· Que/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

dam aquarum dulcium ⁊ quedam campestres. Et marinarum quedam sunt magne quedã parue. ⁊ ex tabella magnarum q̃nq̧ fit clipeus. ⁊ aliq̃n in tantam veniunt magnitudinẽ vt ex earum concha vt inquit Albertus fiat nauigium magnis nauibus seruiẽs Sed marinarum nulla est pro cibo aut nutrimento bona.

¶ Testudines que sunt cum testa nigra ⁊ longa cauda nõ sunt ad esum idonee. licet quidã pauperes eas q̃nq̧ comedunt tanq̃ cibum ineptum ⁊ abbominabilem.

¶ Testudines campestres que degunt in pratis ⁊ siluis sunt boni ⁊ laudabilis nutrimenti. ⁊ est cibus nobilium virorũ: qui non aliter ĩmo auidius pro testudinibus venantur cum doctis canibus que pro qualeis ⁊ perdicibus elixantur abscisis pedibus. tibijs. capite ⁊ toto collo.

¶ Oua istarum testudinum sunt singulis medicina ⁊ cibus contra epilentiam. Testudines iste conceduntur ethicis ⁊ consumptis cum sint impurgatiue ⁊ irrestauratiue.

¶ De pane. Cap. lxxvj.

Panis ex multis conficitur rebus fm diuersarum regionum necessitatem. talem in se naturam retinens qualem habet illud ex quo confectus existit. Sed quia triticum inter omnia grana principatum retinet vt nature humane conformior sit. Immo panis ex eo confectus ceteris melior et laudabilior est: quia sanguis ex eo generatus temperatior est vltra omnem qui ex alijs granis generari possit. Licet Triticum sit complexianis principio primi gradus: et inter humiditatem et siccitatem temperamentum obtineat: Tamen panis calidior est Quia maiorem caliditatem ex furno acquisiuit. Frumentum quidem ex quo panis conficiendus est de bona recolligatur regione ex meliorum quoq̧ specie acceptum sit ponderosum plenum ⁊ bene maturum. eius exterior cortex rubrosum cerulus sit. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

terfores tamen partes pinguissimas ꝛ albissimas habẽs neqꝫ sit antiquum: quia sicciozis ꝛ deteriozis est nutrimenti neqꝫ nimis recens illico dum colligitur: quia viscosum ꝛ flegmaticum gene rat nutrimentum epatis totiusqꝫ corpozis opilationes inducit. sit quoqꝫ a puluere ꝛ tarlatõne preseruatũ ꝛ ab omni genere gra nozum mundum. Frumentum preterea quod in hozreis euenta tis granareis cõseruari potest laudabilius est ꝙ quod subterra neis foueis reconditur: quia eius vapores euentãtur ꝛ in sua na turali dispositione conseruat̃: sed apud subterraneas foueas va pores frumenti cum terreis exalationibus admixti ex fouearum obduratione suffocati malã frumenti dispositionem impendunt cum in se qualitatem habeant nostre vite cõtrariam. vnde multi ex fouearum aperitione vbi diu frumentum reconditum extitit illico mortui sunt. Ex tali igitur electo frumento mũdus panis fiat ꝛ bonũ est aquam cum aqua conficitur parumper salitã esse Sal enim panis viscositatem remouet: eiusqꝫ massa sit bene ma nibus circundata ꝛ confecta. Ex illo eniꝫ saporosior. lenior ꝛ na ture humane conformior redditur. Sitqꝫ bene fermentatus. non multum durus. Ex fermento eius fit panis rarior. lenior. digesti bilior ꝛ laudabiliozis sanguinis productiuus. ꝛ artificialiter se cundũ vnamquãqꝫ sui partem proportionabiliter decoquitur et per diem ad minus requiescat prius ꝙ comedatur. Panis enim calidus malus est ꝛ parum nature conformis.

¶ Panis azimus dure digestionis est. ventris dolorem ꝛ epatis opilationem efficiens ꝛ in renibus lapidem generat ꝛ azimis eti am ꝛ qui in patella decoctus est ꝛ ꝗ siccus ꝛ qui antiquus ꝛ bis coctus. ꝛ qui de simula est vltra duarum eozum digestioneꝫ ven trem constringunt. ¶ Panis de simula melior ꝛ nobilior est ꝙ qui de farina conficitur. licet tarde sit penetra tionis. ¶ Panis furfuraceus melius digeritur ꝛ nutrit: sed dete riozis est nutrimenti ꝛ pauciozis. ꝛ panis male coctus et panis azimus ꝛ illis similis nõ competit nisi robustam complexionem habentibus ꝛ foztiter laborantibus. Panis preterea a superfi

clalibus ꝛ cortice mundandus est· pars enim illa nimis adusta est ꝛ difficilis est digestionis ꝛ humoꝝ maloꝝ generatiua· Panis quidem inter magnitudinem ꝛ paruitatem modū debet habere: quia paruus panis cito a furni caliditate penetratur parū remanens de medulla ꝛ fere totus in crusta conuertitur· Crusta enim propter nimiam sui adustionem ꝛ exiccatōnem deterior panis pars est· Panis insuper nimis magnus intrinsecis partibus minus coctus ꝛ viscosus de necessitate consistit· Melius est igitur formā retinere mediam aut ſm tortulos apud Neapolitanorum morem qui laudabilis est: cū vniformiter fere ad omnes tortuli furni partes calor attingat· Et ferculum quidē ex pane abluto factū infrigidatiuū calefactis conueniens: neq; opilatiōes neq; grauedinem generat· Et melior abluendi modus est vt panis medulla per noctem in aqua calida infusa permaneat· ꝛ aliquotiens cum frigida abluatur. sic enim caliditas viscositas· siccitas ꝛ fermenti qualitas a pane remouetur·

¶ Panicū magnam conformitatē habet cū milio. vtrunq; est frigidum ꝛ siccum· Ex ipsis fit quandoq; panis penuria frumenti· Panicū ꝛ milium pauci sunt nutrimenti ꝛ ventrem stipticāt: sed ꝛ milium est in omnibus nature humane conformior· Ex ipsis a cortice mundis vel ex eoꝝ farinis fiunt fercula que laudabile nutrimentum generant: si cum lacte aut carnibus pinguibus decoquatur· Piper in. c· de aromatib?· Pisellum in· c: de robilo· Porrū in· c· de acrumine· Pinus in· c· de grano pini· Passer· pauo· pdix· pulmo ꝛ pedes in. c· de carne·

¶ Rigum· Cap· lxxvij·

Rigum calidum est ꝛ siccum magis q̄ frumentum: sed temperamento propinquum· Est multi nutrimenti ad siccitatem declinantis· Sed si cum lacte ꝛ oleo amigdalina ꝛ zuccaro decoquatur in aqua furfuris infundatur· Sic enim melioris ꝛ maioris nutrimenti est· Coitus quoq; materiam auget· et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

corpus impinguat· Si autem cum aqua pura decoquat ventrē restringit· Nigi preterea superflua et continuata comestio apud solitos habere ventris dolores nocumentum prestat·

¶ Robilium· Cap·lxxviij·

Robilium est species liguminum quod vulgariter dicitur piselli· frigidum est in primo· et inter frigiditatem et siccitatem fere temperamentū obtinet· Parui est nutrimenti et malum generat songuinem· neruis quoq; impedimentū prestat· neq; tantam ventositatem inducit sicut faba: sed mundata melius generat nutrimentum· Eius brodium contra tussum et dolorem pungitiuum in pectore auxilium facit·

¶ De Rapis. Cap·lxxix·

Rapa est in secundo calida: humida in primo· facilis digestionis existit· Inter ceteras radices aut herbas est plurimi nutrimenti· lz mollem et flegmaticum generet carnem propter sui ventositatem et inflationē· vnde coitū et eius materiā augmentat et corpus impinguat· et proprie qn̄ in igne coquunt: si prima abiecta decoctione in secunda coquantur· a qua temperiem sue substantie acqrit· et mediocriter inter bonum et malū generat nutrimentum· siquidem bina decoctione proiecta et tertio ex aromatib9 condita cū carne pinguissima recoquantur meli9 est· et sui ventositas remouetur· que autem nō bene cocta est ventositatem et corporis opilationem generat. Rapa preterea multū vrinare facit et contra vrine ardorem valet et sitim extinguit·

¶ De Ruta· Cap·lxxx·

Ruta dicitur q̄ melior est que nascitur iuxta arborem fici· Ruta recens calida est et sicca in secundo· Sed que exicca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

ta est has qualitates habet in tertio· Eius vsus proprie est in salatitio· Splenem. stomachum ꝛ ventrem confortat· eorumq; ventositates dissoluit ꝛ remouet· digestionem adiuuat· ꝛ appetitum inducit· stricture pectoris confert· ꝛ visionem acuit· paralisi ꝛ frigiditati neruorum auxilium prebet· Alliorum ꝛ comestarum ceparum odorem ex ore obtundit· vermes interficit· desideriũ coitus remouet· eiusq; materiam deficcat ꝛ abscidit· ꝛ succus eius bibitus omnibus venenis resistit· ꝛ vt supra dictum est cum nuce comesta pestilentie ꝛ omni veneno conseruatiuum auxilium prestat· Plurimũ autem de ruta comedere malum ꝛ periculosum est· sed attente tamen respiciatur ne cum ruta comedantur virides vermiculi: quos tempore veris in suis folijs producere solet qui propter similitudinem difficile cognoscuntur: quoniam mali sunt: ꝛ venenosos effectus producentes·

De Rozemarino· Cap· lxxxi·

ROsmarinus est species libanotis propter odorem quem similem habet olibano ꝛ thuri albo· Usus eius est in salsamentis aut in salatitijs· cripellis· ꝛ ad odorem assatarum carnium· Flos eius vocatur anthos· ingreditur in confectionibus cordialibus· Letificat enim cor· aperit opilationes epatis ꝛ splenis· resoluit intestinorum ventositates ꝛ cerebrum cõfortat si ex frigiditate debilitatum esset· Radix. raphanus· romaratia in· c· de acrumine·

De Spinatia· Cap· lxxxii·

SPinatia frigida suut ꝛ humida in primo. licet quidam dicant ꝙ ad temperamentũ declinent· Uirtutem lauatiuam ꝛ absterliuam ꝛ refertiuam habent· gutturi· pectori· pulmoni· epati ꝛ stomacho congruentia sunt· boni sunt nutrimenti meliores ꝙ̃ atriplices· ꝛ proprie colericis ꝛ sanguineis prosunt·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

De Senatione: al's cresciones. Cap. lxxxiij.

SEnationes quib⁹ pro insalatitijs in ferculo uti possumus que in crudis & frigidis & aquis stantibus oriũtur: quas quidam piper aque aut arucam aque appellant; vulgares aut lanares: aut cresciones dicunt. calidam & siccam virtutẽ habent & bene vrinare faciunt. & renes & vesicam ab harenulis expurgant & in ipsis lapidem frangunt.

De Sparago. Cap. lxxxiiij.

SParagus calidus est & humidus in primo. licet quidaz dicant q̄ temperamento vicinus sit inter ceteras herbas fere nutribilior existit. Coitus materiam augmentat. ventrem lubricat. eiusq; dolorem mitigat. renes calefacit: ipsosq; et vesicam ab harenulis expurgat: vrinam prouocando: ita q̄ ex eorum multo vsu fetat odore sparagorum. epatis & splenis & viscorum opilationes aperit. stomacho tñ non multum congruus existit & aliquando cibi abhominationem induceit.

De Sinapi. Cap. lxxxv.

SInapis in mostarda & saporibus ea vtimus. calida est et & sicca vsq; ad principiuz iiij. gradus. tussi antique & asperitati pectoris cõfert. flegma & viscosos humores incidit. humiditates que in capite sunt mundificat. Unde quidã dicũt: q̄ ex illo clarificat intellectum & coitum sua caliditate incitat.

De semine canapis. Cap. lxxxvj.

SEmen canapis pistatur ex artificio & fit massa ad moduz magnarum pilarũ reducta & per tempora conseruatur. vnde in quibusdam regionibus fit ferculum quod multum calefacit. caput grauat. & stomacho nocet. Usus ergo eius non laudatur.

De Sale. Cap. lxxxvij.

Sal siue minerale sit siue artificiale siue aqueum multaruz manerierum est. et quanto plus de salsedine sapit: tāto calidior est. appetitum inducit et auidius stomachus cibum amplectitur. Unde melior causatur digestio. cum hoc ꝙ ex sua natura sal digestionem acuit. flegma et crudos humores incidit et ipsos a putrefactione preseruat. Salis vsus moderato indiget modo. Maior equidem quantitas flegmaticis cōformior est: minor vero colericis.

¶ De Simula. Ca. lxxxviij.

Simula que laudabilior est ex tritico fit. Bene enim primo abluitur triticum. deinde siccatur. et post in partes conteritur grossas. cum mola frangitur. deinde in subtiliores partes conteritur: vt fere intra faricellum et florem farine mediū retineat et de ea superius dictum est ꝙ melior panis existit q̄z de farina. Ferculum tamen eius maioris et melioris est nutrimenti q̄z amidum aut aliud de genere farinarum. calorem et sitim extinguit. epar quoqz habentibus calidum confert. Ordeacea vero simula magis infrigidat.

¶ De Saluia. Cap. lxxxix.

Saluia licet sit quedam siluestris: quedam domestica tamen domesticam in vsu ciboruz habemus. Ea sicca est in secundo. Cerebrum. neruos et stomachum confortat. est resolutiua ventositatum et aperitiua opilationum. Saluia a quibusdam iniuste blasphematur ꝙ ex ea buffones generantur: que animalia sunt venenosa. Ueruntamen quia saluia multos habz ramos plenos folijs grossis et causantibus densam vmbram in estate. sub cuius mansione buffones libenter recurrunt. Propter quod experti ortulani rutam a qua animalia venenosa fugiunt iuxta saluiam complantant. Scalongia in. c. de acrumine. Starna. sturtio. splen in. c. de carne.

¶ De Trilis. Cap. xc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Trili sunt fila aut corrigit ex azima massa confecta· calidi sunt ⁊ in eis exhumanitas superflua. dure sunt digestio nis· ventrem constringunt· ⁊ tarde de stomacho descen dunt· epatis ⁊ splenis opilationes inducunt· in renibus ⁊ vesica lapidis generationem preparant· contra tussiz ⁊ dolorē pectoris ⁊ pulmonis ex caliditate generatuz bonū auxiliū prestant· Qui autem eius nocumentum subterfugere cupit studeat vt cum car nibus bonis ⁊ pinguibus decoquantur: aut cum oleo amigdali no ⁊ pipere condiantur· ⁊ post ipsos mentam ⁊ orriganum aut calamentum accipiat ⁊ vinum bonum ⁊ purum bibat·

¶ De Tuberibus· Cap· xcj·

Tubera· supra dictum est ꝙ inter ipsa ⁊ fungos existit dif ferentia· Omnes enim fungi sunt tubera: sed nō econtra Difficilis sunt digestionis ⁊ vrine difficultatez inducūt· grossum ⁊ melancolicū generant nutrimentum· ⁊ ex illis para lisis ⁊ apoplexia ⁊ venenosa timentur accidentia: vt de fungis dictum est· Tubera enim saporem non habent· Ex illis meliora sunt alba: ex quibus nō est odor malus· ⁊ proprie si cū sale ⁊ aro matib⁹ condiant̄· Attendendum tñ hic ꝙ ea que in hac regione terre tubera appellamus neqꝫ in· c· de fungis neqꝫ in hoc· c· de tu berib⁹ reponenda sunt. Nam antiqui de ipsis diversum faciunt capitulum in quo multi medicorum decipiunt̄· Inquiunt enim autores ꝙ quoddā genus tuberꝝ reperitur adunatum ⁊ vernico sum in magnitudine testiculi: verrutas habēs profundas· oriēs in harenosa terra: sicut nascunt̄ tubera ⁊ fungi quod est suauis saporis valde ⁊ ad dulcedinē declinātis· dum ad fungos ⁊ tube ra comparantur neqꝫ auditū est ab aliquo ꝙ inferant nocumen tum sicut fungi ⁊ tubera· frigiditatē minorē habent reliquis tu beribus ⁊ fungis· neqꝫ humiditate extranea vacua existunt cum siccitate sue substantie ventositatē generando· quod precipitur dum eius perfectā sub cineribus decoctionem comprehēdere vo lumus: qa sonū cum ventositate aliqua emittunt· ex quo coitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

incitat eius materiam augendo· Et de isto tubere itellexit Galienus. q tubera nõ sunt maloꝝ humoꝝ generatiua·quod suaderi potest propter eoꝝ aromaticum odorem ꝛ dulcedinem saporis·ꝛ maxime qñ incipiunt denigrari·Tubera oriuntur circa mediuꝫ autumni prius intus alba · deinde nigrescere circa hyemẽ· ꝛ qñ sunt intus perfecte nigredinis circa primũ veris putresiunt ꝛ in vermes conuertuntur·Multi dixerunt hoc genus tuberũ esse calidum propter id q nix facile super ipsa liquescit ꝛ parum durat neqꝫ herbe iuxta hec tubera oriuntur. ꝛ q sua natura propter caliditatem coitũ incitant· Ueritas tñ est q omnia tubeꝝ genera frigide sunt cõplexionis·sed hoc genus propter aromaticũ odorem ꝛ dulcẽ saporem minus ad frigiditatem declinare videtur ꝛ magis tpamento appropinquare·Nix super tuberib⁹ facile liquescit:qm̃ ab ipsis ꝛ pingui terra eis circumstante cõtinuo humidi vapores eleuantur a putredinali calido·propter quod quedã genera muscarum libenter super tuberibus habitãt· Herbe autem circa tubera non oriuntur:quoniam ipsa cum per pinguedinem terre ex putrefactione generentur ꝛ ex eadem pinguedine nutriuntur ꝛ crescunt:ex qua herbe generari ꝛ nutriri deberẽt· Coitũ autem incitare videntur:non caliditatis gratia:sed propter ventositatem ꝛ propter spermatis materiaꝫ:que ex tuberum pinguedine generatur·Quod autem genus tuberum huic simile oritur in planiciebus ꝛ pratis:ꝛ incipiunt oriri circa medium veris et odorem nec dulcem saporem habent:solo caloris tempore reperiuntur·odorifera autem ꝛ sapida non nisi tempore frigido ab autumno vsqꝫ ad veris principium reperiuntur·Turdus·turtur testiculus in·c·de carne·

¶De vuis· Cap·xcij·

Ua·Sunt concordes omnes auctores vuas ꝛ ficus bene maturas esse ceteris fructibus meliores·ꝛ prope non nocere·Matura qdem vua laudabilem generat sanguinem

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

⁊ proprie si duobus diebus ad minus collecta sit anteq̄ꝫ comedatur: quia vua si comedatur illico dum colligitur est inflatiua: et deteriores ⁊ crudiores humores generat. Si quidem vua bene digeratur impinguat. ¶ Vue cortex frigidus est ⁊ siccus ⁊ difficilis digestionis. ⁊ arilli similiter: sed pulpa facilime digerit̄. Arilli enim si integre deglutiantur integri corpus egrediuntur: nullum facientes nocumentū. Qui aūt plurimas vuas comedunt: primū eoꝝ corpora a superfluis purgantur humoribus: deinde pinguescunt. De quo ortulani verum perhibent testimonium nihil fere aliud q̄ꝫ vuas ⁊ ficus proprijs tpibus comedentes: qui se tam inter cetera anni tempora pinguiores cognoscunt. Pinguedo tamen ex vuis ⁊ ficubus acquisita est facilime resolutionis: quia carnem mollem ⁊ inflatā generat. Ideo vua post collectionem die suspenso aliquo melior dicebatur.

¶ De Vuapassa. Cap. xciij.

Vuapassa conformitatem habet cū vuis in dulcedine. austeritate ⁊ ponticitate. sic est in eis que passule dicuntur. Dulciores passule ex dulcioribus fiunt ⁊ austere ex austeris. Que autem dulciores sunt ⁊ ad caliditatem declināt ꝯm maiorem vel minorem dulcedinem. Et sicut quedaꝫ vuarum habēt arillos: quedam sine arillis: sic similiter sunt passule. Unde q̄n precipitur recipi passulas enucleatas possumus intelligere passulas sine arillis factas: aut passulas vnde arille ⁊ nuclei extracti ⁊ enucleati sunt. Non est in passulis magna differentia seu ex magnis vuis: seu ex paruis facti sunt. Meliores passule sunt dulces ⁊ pingues: habentes subtilem corticem epati multum proficiunt ⁊ conformes sunt eius opilationes remouendo ⁊ sanguinis digestiuam confortando. fluxū epati cū sua proprietate confortando curant. confortant. splenem aperiūt. vias renum ⁊ vesice renes ⁊ vesicā confortant. Plus nutriunt passule q̄ꝫ vue recentes ⁊ sunt melioris alimenti. conferūt pulmoni ⁊ tussi ⁊ difficul-

tati anhelitus· ventrem humidum tenent· Veruntamen licet om nes passule amice sint stomacho et epati : tamen austere magis confortant stomachum q̄ dulces· ꝛ sunt magis stiptice min⁹ hu mectantes ventrem · quando intendimus nutrire cpilationem aperire ꝛ ventrem mollificare ꝛ epar cōfortare ꝛ pectori prodesse debemus sumere passulas enucleatas pingues· Si autem inten/ deremus stipticare sunt comedende passule· ꝛ ꝑprie austere· per fecte cum arillis masticetur· Veruntamen sicut vue magnam di uersitatem ex regionum varietate sortiuntur: ita diuerse passule matres vuas sortiuntur ꝛ imitantur· Vini diuersitas ex regio/ num varietate vuarum diuersitatem ostendit·

De Vino. Cap· xciiij·

Vinum vt inquit conciliator est succus de vitium vuis ex pressus : quo nullus existit liquor nature humane acco/ modatior· Nunq̄ enim ex arte aut ex natura aliqd reperi ri potuit quod vices vini in bonitatib⁹ ꝛ cōformitate suppleret Qui autem accumulatas vini virtutes quibus ab autoribus vi num extollitur aut scribere aut narrare ausus foret ab ignoran/ tibus vini potius amicus q̄ scientibus videretur. Sed sufficiat aliquas ex melioribus suis virtutibus narrare. vino quippe mo derate sumpto nullus cibus aut potus melior est : immoderate vero nullus peior· Multi enim laudabilis ꝛ subtilis est nutrimē ti vt supra in generalibus regulis dicebatur· Nihil etenim vino compar existit: vt nature defectibus tam cito subueniat· Unde apud Sarracenos quibus potus vini lege prohibetur solū in sin copi ꝛ nature defectibus bibendum concedit :qa illico virtutem reuocillat· nouos spūs ꝛ nutrimentū regenerat· qd cito sua pro/ prietate ad cor impellitur· nec reperitur cib⁹ aut potus qui adeo naturalis caloris sit cōformatiuus sicut vinū: qa eius calor simi lis naturali calori existit propter familiare consortium: quod cū natura hȝ humana· Vinū qdem si moderate ꝛ quod oportet ac/ cipiatur corporis sanitatem eāq̄ custodit· virtutes epatis ꝛ sto/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

machi digestiuas confortãt· aditus ⁊ venarum orificia aperiens nutrimentum per totum corpus penetrare facit: sanguinem cla/ rum generat· ⁊ quem turbiduȝ reperit clarificat· epatis ⁊ splenis opilationes aperit· ⁊ renes ⁊ vesicam mundificat· tenebrositateȝ a corde expellit· singulas virtutes ⁊ corporis ⁊ mentis corrobo/ rando· Nec tm̃ corporum sed anime vires prebet vini moderatus vsus sensus omnes acuit· solertiaȝ prebet. acuit ingenij vires· le titiam atqȝ audaciã tribuit· tristitiaȝ expellit· laboriosa atqȝ ma gnalia cum ratione presumere facit· Uinum insuper cum debita operatione assumptum omni etati· omni tempori· omni regioni omni complexioni conforme est· Pueris qdem vinum modicum ⁊ bene limphatum dandum est: qa purum dare esset ignem igni addere· Juuenibus vero in maiori quantitate ⁊ minus limpha/ tum: quia propter eorum cerebroꝝ ⁊ aliorum membroꝝ similitu dinem fortitudineȝ vinũ melius sufferre pñt ⁊ facilius a vini no/ cumento tueri· Senibus aũt vinũ confert: qȝ lac senũ existit vi/ num· sed propter debilia forte cerebra nõ valent sic faciliter a vi/ ni nocumento tueri. Senib⁹ igitur vinũ tm̃ dandum est quantũ tolerare possunt· Jn frigidiori vero regione plus de vino compe tit· Jn calidiori autem modicum ⁊ bene limphatum· similiter in hyeme estatis sed propter estus ⁊ caloris ⁊ sitis extractionẽ plus de vino in calida regione q̃ȝ in frigida: in estate q̃ȝ in hyeme bi/ bendum conceditᷣ: sed cum pluri aqua limphatum hoĩbus pro/ pter calidam ⁊ siccã complexionem habentibus quã coleram di/ cimus vinum cõfert: quia colera qui calidus ⁊ siccus est humor per renes ⁊ vesicã prouocando expellit frigide ⁊ humide cõplexi oni que fleumatica dicitur: Uinũ etiam confert viscosos humo/ res ĩcidit ⁊ maturat ipsosqȝ sua caliditate resoluit· frigide quoqȝ ⁊ sicce complexioni que melancolica dicitur vinũ prodest: quia melancolicos humores labefacit· ipsosqȝ ad exitũ facile prebet· sua virtute eoꝝ nocumentũ ⁊ caliginem remouendo· Calidis in super ⁊ humidis quos sanguineos dicimus vinũ competit: quia sanguinem optimũ ⁊ clarũ generat· ⁊ vt supra dicebatur quẽ tur

bidum reperit clarificat. Ex varijs insuper rebus vinum diuersi ficari comperit. Aut ex regione vbi producit. aut ex diuersis vitium speciebꝰ ex quarum vuis exprimitur. aut odore. aut calore: aut potentia. aut debilitate. aut recentia. aut decoctione. aut vetustate et artificio. Experimento quidem videmus quasdã vitium maneries et quasdam regiones quibusdam laudabiliora vina producere de quibus expertis colonis oportunum est credere.

¶ Vinum dulce grossum et calidum est in secundo. et siccũ in primo et herogenã continens humiditatem. Nec tantũ laudabile sicut alia vina existit. grossum nanque generat nutrimentũ. sanguinem turbidat. nec sitim extinguit: imo aliquãdo ipsum augmentat: quia leuiter cum alijs admixtum humoribꝰ putrescit et in colericos humores conuertitur: Vinum quidem dulce omnibus mẽbris vim nocendi habet. pectori et pulmoni opilationes aperit. Plurimus aũt eius vsus hydropisim generat. ideo ad hydropisim preparat. Ab vsu vini dulcis et grossi caueri debet.

¶ Acerbum vinũ quod vtplurimũ in montuosis et vinosis regionibus producitur a multis autoribus frigidum dicitur. pectus stringit. stomachum mordificat. et aceti effectus inducit. Vinum ergo quod inter dulcedinem et acredinẽ saporem obtinet maxime ab autoribus laudabile reperitur. et proprie si odoriferũ aromaticum sit neque acutum neque extraneũ odorem habens. De coloribus autem vini experimentũ locorum vestigare oportet. quia in quibusdam regionibus vina alba sunt meliora nigris. in quibusdam vero nigra sunt meliora albis. sed cõmuniter ab autoribus de vino loquentibus aurea subrubea subalbia et generaliter medium colorem habentia meliora iudicantur.

¶ Vina potentissima et fumosa corpora calefaciunt nimis et capita. ideo eorum continuus vsus malus est.

¶ Vina debilia et aquea parui existunt nutrimenti. Meliora ergo sunt que inter illa media existunt. ¶ Vetusta insuper et recentia multum vina in earum variantur natura. Recentia vini durat per annũ aut plus ſm maiorem vel minorem vini potentiam

Uinũ quidem potẽs tardius inueterascit. Aquaticũ vero citius
& vetustas vini in quarto incipit anno. illud ergo qđ ratione sue
etatis maxime ab autoribus laudatũ existit est vinũ a fine primi
anni vsq₃ ad principium. iiij. Uinũ eniȝ nouũ & maxime quod ex
pressioni propinquũ est calidum est in primo. epatis est opilati
uum. putrefactiuum & humoꝝ ebullatiuũ. ventosum & inflatiuũ.
Uinũ antiquum a. iiij. annis supra calidũ est & siccũ in. iij. & quã
to potentius est vinũ tanto calidius est & siccius. hmõi aũt vinũ
antiquum parum nutrit & cito inebriat. & qñ superflue inuetera
scit amarũ acqrit saporẽ & propriã vini naturã perdit. & ei⁹ vsus
est malus. Uinũ tñ medium a primo vsq₃ ad. iiij. calidum est et
siccum in. ij. Illud ergo vt in predictis colligiẽ laudabilius est
vinum quod odoriferꝝ & aromaticũ neq₃ decoctione adustũ: neq₃
artificatum sit inter dulce & acerbũ. inter album & nigrũ. inter
potens & aqueũ. inter recens & vetustum mediũ obtinet. Ex arti
ficio insuper vinũ diuersam naturã acquirit: quia fm diuersas
eius species decoctionem amat & illud ideo eius mustũ decoctũ
est viuosius & potentius & fumosius redditur: quia partes vino
se in musto sunt cum terreis grossis admixte. & semper in deco
ctione grossiores partes retinẽt vel remanent & aque que respe
ctu vinosaꝝ cum terrestribus admixtaꝝ subtiliores sunt ex tali
decoctione resoluunẽ. ideo vinũ coctum qa minus est ex aqueis
partib⁹ admixtũ tardius putrescit & longiori tpe conseruaẽ. Ui
nosum igiẽ remanet & aquosuȝ virtute ignis euaporat: cuius cõ
trarium fieret si vinum perfecte & in vegete depuratum deco
quereẽ: sicut apud distillantes aquã vitis apparet: vbi vinose et
potentes vini partes per fumũ eleuantur & in aquã ardentẽ quã
aquã vitis aut vini dicimus conuertitur. aquee partes absq₃ sa
pore sicut aqua in fundo alemich distillatõnis residet. Nam vi
nose partes a terrestribus focalibus in fundo vegetis residenti
bus sequestrate subtiliores aquis redduntur. & quod subtilius
est citius ex igne resoluiẽ. Ex antiqui igitur & depurati vini de
coctione vinosum resoluitur aqueo remanente. cuius contrariũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

de musto videtur. Singularem ꝟo proprietatem habet vinum ꝛ
oīm rerum secū admixtaꝝ aut in ipso decoctaꝝ virtutē extrahat
Unde quidam ex antiquis medicis oēs egritudines cū vino cu-
rabant. Xpe nanqꝫ vindemiaꝝ diuersa musti vegeticula ex medi
cinaꝝ decoctione ſm varias egritudinū exigentias preparabāt.
Et sic vina siruporꝫ ꝛ medicinaꝝ virtutem habentia ſm ꝙ vna-
queqꝫ egritudo exigit reseruabāt. Uerumtñ si quis in hyeme pre-
senti anni vinū bibere vellet duob⁹ modis meliorari possit: qui-
bus etiā principes libenter vtuntur. Colligantur vue bene matu
re ꝛ per triduū soli exponantur quousqꝫ aliquantisper passentur
deinde genera sequestrando racemi proijciant̃. ꝛ granoꝝ quan-
titas sit tanta vt medium vegeticulū imponat̃ ꝛ desuper bonum
mustū īponat̃ quousqꝫ totū plenū sit. Tale vinū cito clarescit. ꝛ
lꝫ nouum sit non est epatis opilatiuū. neqꝫ ventosum inflatiuū.
neqꝫ humoꝝ ebullatiuum. ꝛ iste potus principib⁹ ꝛ delicate viuē
tibus a medicis libenter concedit̃. Alter modus vt accipiāt mu-
sti tres partes ꝛ aque vna pars ꝛ misceat̃ ꝛ bulliēt vsqꝫ ad quar-
ti partis resolutionem ꝛ reponatur. Tale vinū dicitur ablutū. et
lꝫ nouum sit: malitias tñ noui vini deperdit. De artificio tandē
vini bonū est credere his qui tali exercitio vsi sunt. Immoderat⁹
ꝛ supfluus vini vsus aīe ꝛ corpori ꝛ moribus pessim⁹ existit. Ui-
nū effeminat discursus. ingenium ingrossat. infima respicere fa-
cit ꝛ magnalia abhorrere. Nec tante virtutis est moderatus vini
vsus: quāte malitie īmoderatus existit. cerebruꝫ ꝛ eius virtutes
debilitat. tremorē. paralisim. apoplexiā ꝛ spasmū generat. Nec vi
num has malas passiones inducit rōne sue qualitatis: quia iste
egritudines sunt frigide ꝛ vinū est calidū: sed vt inquit Arist. iij
particula probleumatū: Uinū ea rōne qua calidum istis egritu-
dinib⁹ resisteret atqꝫ prodesset: sed per accidens eis nocet atque
ipsas euenire facit: qa vinum est penetratiuū ꝛ facit humores vi
scosos ꝛ crudos ad mēbra lōginqua. ꝛ neruos penetrare qui per
se impenetrabiles forent. ꝛ sic talis frigiditas egritudines indu
cit. Preterea vinū in multa quantitate potatū in stomacho non

digeritur· ꝛ propter suam amicitiam ꝛ conformitatem quã cum natura humana habet attrahitur a mẽbris indigestũ: vbi ex sua indigestione acescit: ꝛ acetum est neruis inimicũ ꝛ frigidarum egritudinũ inductiuum· Immoderatus insuper vini potus ebrietatem inducit· ꝛ frequens ebrietas sensus oẽs obtundit ꝛ singula membra debilitat· Ebrietas qdem multas habet causas· Qui enim debilis sunt cerebri citius inebriantᷣ: qa nõ est potens cerebrum resistere vinosis vaporib⁹ ꝛ eoꝝ nocumento: ideo tales vini boni potione aut absq; multa mixtũ aque caueri debet· ꝛ q minus vinũ bibere consueuerunt facilius ebrietatem incurrũt· Potatores ꝛ tabernarij difficilius inebriantur: qa eoꝝ cerebrũ acquiuit ex ꝯsuetudine vini quandã resistentiam per quã vini nocumento resistit· Famelia insup ꝛ modico vtentes cibo facili⁹ inebriantᷣ: qa vini ad caput ascensus a nullo fere impediti facilius in ebrietatem inducunt· Vinũ insuper decoctũ fumosum ꝛ potẽs citius inebriat· ꝛ quedã res cum vino admixte citiorem ꝛ maiorem ebrietatẽ inducunt: sicut vsnee infuse cũ vino· lignũ aloes leuiter ꝛ absq; nocumento dulcem somnũ cũ ebrietate inducunt: eamq; fortem ebrietatẽ inducunt vel efficiunt sunt limphare vinum cũ aqua ex decoctione lolij· ꝛ fortior est aqua ex decoctione iusquiani aut mandragore· Fortissimũ est aũt opium ꝛ silia ꝛ cõfectiones aliqne composite sunt ebrietatẽ inducentes scribere nõ oportet ꝛ vinũ cum aqua limphatũ citius inebriat q̃ vinũ purũ· ꝛ si forẽt vini octo partes ꝛ aque vna: qa aqueitas modica facit citius penetrare· sed remediũ ebrietatis ꝛ crapule est somnus lõgus aut subitus vomitus· potus acetositatis citri· aut potus vini citoniorum· aut sumere coriandrũ siccum tritũ cum tantundem de zuccaro albo in quantitate duoꝝ coclearioꝝ · ꝛ post bibere citonium ꝛ bibere aquã frigidam cũ aceto ebrietatem sedat· ꝛ potus olei puri remouet ebrietatem· ꝛ siliter comestio caulium· vt in probleumatib⁹ suis narrat Arist· Odorare aũt camphorã ꝛ sandolos aut per se aut cũ aqua rosata mixtus crapulaꝫ ꝛ ebrietatem alleuiat· ꝛ comedere micas panis in agresto aut in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

aceto infusas prodest. Et multas confectiones composuerūt antiqui ebrietatem ⁊ crapulā remouentes quas superfluū foret hic scribere. Ubera. venter in. c. de carne.

De zuccaro. Cap. xcv.

Zuccarum dicitur mel canne anteꝙ̄ depuretur. ⁊ est solutiuū ⁊ abstersiuum. Sed zuccarum depuratum est calidum et humidum in primo. Bonum generat nutrimentum. pectus aperit ⁊ ipsius asperitatem lenit. stomacho ꝓdest: sed in colericis stomachus facile ad coleram cōuertitur. Usus zuccari apud sanos est in confectionibus ⁊ talem acquirit virtutem qualis est res cum ipso confecta. zinziber in. c. de aromatibus.

De Anime passionibus. Cap. xcvi.

Passiones anime lꝫ vltimo scribantur loco: digniores tñ existunt vt attentiori sollertia ab eaꝝ impressionibꝰ preseruemur. Nā multi compti sunt quos magnꝰ timorꝰ aut ira. aut īmensum gaudium interemit. Cū ergo sit mors vltimū terribiliū facile poterunt varie egritudines ex talibꝰ aīe passionibus euenire. Ratōne insuper ⁊ experientia ex antiquis accepimus multos gaudio. timore. ira. ⁊ aliis similibꝰ morbos accidere ⁊ accidentibꝰ multos curatos fuisse: qm̄ anima nostra cordiales spiritus pro instrumento ad exequendas suas operatiōes exercet. Sunt enim spūs vehiculum virtutū anime per vniuersum corpus. ⁊ fm diuersos spirituū motus vel a corde ad extrinseca mēbra vel ab intrinsecis membris ad cor imprimunt̄. vel diuerse qualitates vel in calore vel in frigore. In timore enim tristitia infrigidantur extrema in ira ⁊ furore aut distemperato gaudio calefiunt. Et propter has causas possunt tpate anime passiones conseruare sanitatem: ⁊ distēperate passiones morbos inducere aut morbos curare. Inter ceteras enī passiones quas fugere aut insequi propter sanitatis conseruationem debemus sunt amor. gaudium. desiderium. spes. misericordia seu compassio. audacia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

tristitia odium·abbominatio·desperatio·timor·ira et furor·tedi-
um·inuidia·zelotopia·de quib9 pntis nō est intentōnis: vt aīam
aut ornant aut deturpāt dicere·Nam illud pertinet ad illā phīe
partem que de morib9 solet tractare: quā phī tradiderunt: nō vt
sciamus: sed vt boni fiamus·Sed solū presentis est intentionis
vt ad corporis sanitatem iuuamentū faciant·Inquit Galie·i·de
sanitatis conseruatōne q mores animi corrumpunt ex malis cō
suetudinib9 in cibis et potibus·in gynnasijs et malis consuetudi
nibus. inspectionib9 et auditibus·et q oportet medicū q debet sa
nitatem custodire studere ne mores animi corrumpant·vt phūs
vt hoīem faciat virtuosum: sed vt nō facile in egritudinem deue
niat corpus. Etenim furor·ira·fletus: tristitia et sollicitudo am-
plius q̄ oporteat febrium et aliaꝝ egritudinum sunt principia·et
inquit malos mores cū bona sanitate non posse existere·Gaudi
um si magnū sit et subitū aliqn̄ interficit et sincopes fatuitates et
malas conditiones inducit·Nam cū ex veritate phīca concluda
tur oīm nostraꝝ operationem aīam esse principium et efficiens et
q spiritus et naturalis calor sunt obediēs anime instrumentum
in suis operationibus: cū subito presentatur obiectū intense leti
tie spiritus et naturalis calor velociter expandunt ad mēbra ex-
trinseca et resoluuntur derelinquendo cor et cetera mēbra depau
perata spiritu et calore·et aliqn̄ est tam subita et inordinata vita-
liū spūum ad exteriora expansio et resolutio: vt cor qd̄ est nostre
vite fons oīno absq spiritib9 remaneat et mors accidat repenti-
na: cū tres fratres apud ludos olympiades ex diuersis agonib9
victoriā nacti: eoꝝ coronas vt mos erat sup caput patris impo-
nerent: pater illico pre nimio gaudio ante filioꝝ pedes mortuus
cecidit·Mulier Romana ex intensa et opinata letitia amplexu fi
lij in ei9 brachijs expirauit·suas qdem exequias veluti de mor-
tuo in Romanoꝝ cōflictu apud cannas celebrauerat·Itaq mu
lier q̄ grandi dolore mori nō potuit est a subito et nimio gaudio
illico interempta: Sed nunq̄ tali morte prudentē aut fortē virū
cōtingit interire·Nam cū prudens nouerit hāc nrām quā vitam

dicimus interire ⁊ mortem esse. ⁊ mundum hunc turbidũ ⁊ tene
brosum labyrintum carbidinosis aqueis plenũ esse. venenosisq́
blandicijs intellectiuo imperio passionib⁹ ⁊ spiritibus frenum
ponet. ⁊ quocũq́ intensissime presentato obiecto spiritus tempe-
ratis monitionibus moueantur ⁊ aliquando gaudiũ non repen
tinum contingit. sed continuũ ⁊ inordinatum. tunc fit continua
⁊ paulatiua spirituũ ad exteriora expansio ⁊ resolutio. Inde vir-
tus paulatim debilitatur ⁊ mors euenit non repente. aut varia se
quuntur accidentia ſm diuersas passuri corporis dispositiones
Tristitia siue animi dolor ꝯtraria est gaudio. ⁊ ex ipsa aliquãdo
mors repentina aut paulatiua cõtingit. presentate eniȝ obiecto
⁊ nouo ex quo accidat tristari spiritus. ⁊ nature calor ab extrinse
cis membris ad cor ⁊ intrinseca membra cõcurrunt. exteriora ge
lida naturali calore depauperata derelinquendo. ⁊ est aliquãdo
tam intensa tristitia vt inordinate spiritus ad cor subito concur
rant. ⁊ cum cor sit subitorũ spirituũ paruum receptaculuȝ subito
extinguuntur ⁊ suffocantur. ad quorum suffocationem sequitur
subita nostre vite extinctio. Q si tristitia sit inordinata non tm̃
intensa aliqñ remis ⁊ cõtinua suffocatio ⁊ nostre vite paulatiua
consumptio. Pro sanitatis igitur conseruatione summopere ad
ꝑpata gaudia ⁊ solatia alacriora conari debemus: vt q̃ȝ possibile
sit lete viuamus. moderata cum letitia spiritus naturalem calo-
rem ad exteriora expandit mẽbra. clariorem sanguinem facit. in-
genium acuit. intellectũ solertiorem efficit. ⁊ viuidum colorẽ pla
cidũq́ aspectum inducit. atq́ totius nostri corporis virtutes ex
citat. ⁊ in eorum operibus agiliores prestat. Quelibet tamen tri
stitia quantum facultas aderit fugiatur. Nam nullam vnq̃ȝ cor
pori nostro per se vtilitatem cõferre poterit. immo preter ea q̃ su-
pra dicta sunt intellectum hebetem ⁊ errantem facit. sanguinem
turbidum generat. pallidũ colorem ⁊ aspectum horribileȝ efficit
⁊ virtutes omnes in tediosam segniciem inducit. Sed aliquãdo
tamen tristitia per accidens vtilitatem prestat. singultũ de reple
tione sedando. Nam in tristitia aut animi dolore propter retra-

ctionem et spirituum unionem ad membra intrinseca ignoratur
naturalis calor et cõsumit illas superfluitates in stomacho que
singultũ inducebant. Inde est quod qui tristantur aut alij ꝯpatiun-
tur. aut de re tristabili recordantur. aut rem aliquam effixe exco
gitant. Unde calor ad intra nunquam singultant: ut infra de timo-
re patebit. Quod si fallaci impellente fortuna tediosa emergant no
ua aut tristabilia presententur obiecta: oportet pro sanitatis cõ
seruatione quantum poterit a tristabili impressione preseruari:
atque forti et virili animo ne apud mentem cõplantentur insistere.
Tum cum amicorum consolatione: qui prudenter simul condolen
do pondus doloris alleuient. aut diuerso solatio secundum impedientẽ
materiam animũ patientis alliciant. Tum excogitando fortune
ludos non nouos esse: imo vtplurimũ grauiores suos ictus vi-
ris illustribus contigisse et fortunã nulli dignitate parcere: seque
ipsum inferioribus comparando. et quascũque virtutes aut digni-
tates. aut cetera bona que ex deo sibi absque quod per se mereatur
concessa sunt continuo premeditari et altissimo grates referre.
Sed ex melioribus remedijs ad tristitiam est quod ratio sensum vin
cat. Nam aut fatuus aut demens incurrit. Sed prudens illico ra
tione a seipso has animi turbulentias procul eijcit. Nam cum de
labili tempore non nisi momentum imperceptibile habeatur om-
nis cum tristitia aut de preterito aut de futuro erit. Fatuum est
enim rem preteritam aut irrecuperabilem deplorare. Clara pro-
hibet ratio id virum exequi quod obesse potest: prodesse nunquam.
De futuro quidem aut verius aut ꝯtingens erit rei euentus de
quo accidit tristari frustra: Tristamur nanque de eo quod impossi
bile est aliter esse posse. Si quod contingens erit sic ꝯtingenter
poterit esse contrariũ illius quod deploratur accidere. Quod si certe
tristantem rem futurã videmus: cum nostra vita incerta sit: con
tinget aliquando de rebus non nostri: sed alieni temporis deplo
rare. Insuper cum prudens nouerit accommodata fortune dona
nec bona esse. nunquam de eorum amissione dolebit. Somnus pre-
terea aut solaciosum exercitium dum fieri poterit tunc tristẽ ani-

mi passionem sedare solent. Ab intenso insuper et nimium ad rem vnam affixio amore caueri decet. Si quidem in aliquibus vltra quam deceat affixa dirigatur affectio: emergit illico sollicitudo quedam et semifatua et melancolica passio ad quam sequitur inordinatus fluxus et refluxus spirituum et naturalis calor ad cor. vnde diuersificatur anhelitus et variatur pulsus: ita vt propter obliuionem anhelandi et inspirandi aerem apud oportunam anhelationem accidant et anhelitus interceptio. et tantum crescit aliquando apud animam intensus feruor vt influxus et virtutes eius a digestiuis et motiuis operibus distrahantur. vnde sequitur corporis macilentia et debilitas palescitque vultus et ad varios morbos et acutas febres inducit preter amentiam et proprij comodi obliuionem. Persepe enim videmus quod multi ex repatriandi amore ex filijs et amicis aut ex rebus alijs vltra modum dilectis semifatui et egrotantes fiunt. Infinite quidem sunt fatuitatis species. Odium insuper amori contrarium est: et ex ipso vt sumatim dicatur propter concursum caloris ad intrinsecum. omnia fere mala accidentia sequuntur que superius de tristitia narrabantur. Ab odio ergo solerti studio caueri decet vt supra de tristitia dictum est. Solum enim vitium odio habere debemus. Unde sequitur virtutum amor et ex conuenienti naturalis letitia que tantum ad sanitatem proficua dicebatur. Ad temperatum et debitum rerum amorem quantum possibile est conari debemus: quia amor est multarum bonarum virtutum anime et cuiuslibet gaudij principium: quod ad sanitatis conseruationem magnum auxilium prestat: quia primo rem quam bonam credimus amamus. et postea emergit rei illius desiderium et habendi sollicitudo. et tandem in eius fruitione comitante amore sequitur delectatio. Pari modo rem quam malam credimus habemus odio. deinde consurgit rei illius abhominatio. et tandem si odiosa res contingat sequitur tristitia et dolor animi. Ex predictis manifestum erit quod dum debitum et moderatum amorem debet rei desiderium proportionari et secundum immoderatum nocentis rei odium debet esse illius abhominatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

Ab immoderato ergo desiderio ꝛ immoderata abbominatione: que desiderio contraria existit: cauendum est ꝙ ex ipsis sequuntur mala accidentia similia illis que de tristitia sequebātur. Immo ex immenso desiderio si cessat optate rei adeptio sequitur immensa tristitia: que tantum sanitati infesta dicitur ꝛ simul ex immensa abbominatione sequitur si per casum exose rei euentus contingat inesse. Ab immoderata insuper spe ꝛ desperatione pro conseruanda sanitate vtile est caueri. Spes quidē circa bona ardua ꝛ possibilia aut ea que ſm rationis iudicium contingere nequeunt. neq; ad cetera talia animi figmenta adhibenda discreti viri excogitatio ꝛ fantasia. Nam vltra hoc ꝙ virum a proprijs commodis ꝛ bonis meditationibus alienum efficiant corporis sanitatem impediunt. Cum quidem superuenit ratio ꝛ speratam rem impossibilem aut de raro contingentem iudicat: illico desperat ꝛ tum intensus vtplurimum sequitur animi dolor ꝛ tristitia quanta fuit ꝛ circa speratam rem affixa premeditatio. Nec de his futuris bonis que recto ꝛ rationabili iudicio sperari debent desperandum est: quia cum desperatione comitatꝰ tristitia ꝛ animi dolor sanitatis conseruationem impediens. Ergo qui humilis ꝛ magnanimus est suos affectus cognoscit. proprias facultates ꝛ emergentes fortunas mensurat. nunquam aliquā rem aggreditur ꝛ premeditatur. Unde nuuquam ante tempus de sperandare desperat. Quod si spes sua ex contrario euentu aliquādo prudentem fallat: ad illa recurrit remedia que supra de tristitia dicebantur. Ab immensa audacia ꝛ temeraria aggressione arduarum rerum ex quibus posset subitus et immoderatus timor accidere: caueri debet. Nam magno imminente timore calor naturalis ꝛ spiritus extrinseca membra derelinquunt et ad cor tanquam ad eorum arcem et principium nostre vite refugiunt. Unde pallescit vultus ꝛ gelidus quidam tremor exteriores partes ingreditur ꝛ cutis circa pilorum radices ex fuga caloris ad centrum condensantur: et constringuntur pori vnde exeunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

propter quod in timore oēs fere corporis pili erigunt̄ · et qn̄qȝ est tam intensus timor vt propter subitū et inordinatū confluxū spi rituū ad cor accidat ipsoꝝ repentina suffocatio et mors · aut cor/ pus inueterascit et alias malas egritudines inducit · Unde vn9 ex antiquis autoribus narrat ꝙ quidā iuuenis dum suspensus per cistā traheret̄ vt pullos falconū acciperet: et trūcata fune ex eminētissimo caderet loco: illico fere totus canus fact9 est · Mul ti insup iuuenes ex paruissimi tpis naufragio īminente mortis timore inueterati sunt · Multi et in carcerib9 per paucos dies de tenti: de futura certificata morte ad duplā fere etatē antiquio/ res iudicantur · Ad medicos plures paralitici ex timore facti cō/ currunt. Quanto ergo possibile est debemus timores et timoris causas fugere. prudens enim primo parumper timoreȝ et timoris causam studiose perquirit antea ꝙ̄ rem arduam et ante proprias vires aggrediatur · primo aggressu se fortem et audacem prebeat omnem penitus timorem procul eiiciendo · Qꝫ si fortuito euentu aliquid extimendū contigerit: nihil quippe apud humanū gen9 maius morte timeri solet: cum trito dicatur prouerbio vltimum terribillimū esse: tunc quidem ratio et animi fortitudo seipm vin cat: vt firmo et audaci iudicio si consulat neqȝ mortem timendaȝ neqȝ optandam esse: quoniā frustra timetur quod euitari nō po test: aut optatur quod illico euenturum est · Nam adamātina le/ ge oritur vnusquisqȝ vt moriatur. Audaci ergo animo insisten/ dum est: nam nullus maior hostis in mortis piculo ꝙ̄ timor · ipe quidem ingenium et rōnis discursuȝ obumbrat: et corporis vires dum illis maxime opus est anihilat. Unde solet vtplurimū per/ nicies euitari Aliquando tn̄ per accidens timor iuuamentū pre stat: sedat enim singultum si ex repletione fiat: nā propter retra ctionem spirituum ad membra ex paruo timore vigoratur natu ralis calor ex propria vnione in mēbris centralib9: cum virtus vnita maior sit se ipsa dispersa · Ex eius vigoratione sequitur ci/ tior consumptio et facilior resolutio materieꝝ mordicantium os stomachi vnde singultus causabatur · Et hec est cautela mulieꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.6.40 (b)

dum singultant pueri imponere illis timorem vt singultus citi/us reprimatur. Eadem ratio aqua frigida si subito absq; preui/sione patiētis in eius faciē proijciat͂ singultū sedat: facit.n. na/turalem calorem ad interiora redire ⁊ citius materiam singultū causantem resoluere. A fidedigno audiui quendā ob grandem ti/morem a quartana curatum tumultuantem ob ciuiles factōnes sua ciuitate armis dum a quartana proxime premebatur. Alter͂ aūt legimus a quartana liberatum propter duos serpētes clam in lecto iussu medici iuxta febrientem impositos: ab aspectu in/super ⁊ frequenti rememoratione terribilium ⁊ fortuitorū casuū ⁊ a flagellatis ⁊ dolentibus ⁊ generaliter a miserabilibus perso/nis quib⁹ compati oporteat aut qbus ex naturali inclinatione miserendum sit caueri decet: quia ex hoc illa mala accidētia pro sanitatis conseruatione sequunt͂ quā ex tristitia sequi dicebant͂ Et similia etiam accidunt de rebus de quibus verecundari con/tingit. ideo ab omni opere ⁊ cōmissione negocio⁊ ex quibus ve/recundari oportet abstinere decet. ¶ Ab ira etiam cauendū erit. Nam cū ira vt inquit Phūs sit ebullitio sanguinis circa cor pro/pter appetitum vindicte: vt quis de illata iniuria puniatur. Ex tali ergo ebullitione sicut ratio ⁊ quotidiana testatur experien/tia accidunt febres ⁊ bona humidatum consumptione male atq; varie corpo⁊ dispositiones. Pari rōne cauendum est ne in furo/rem incidamus ex quo eo mala accidentia sequuntur que de ira sequi dicebantur. Licet autores ponant differentiam inter iram ⁊ furorem: quoniā furor est passio absq; appetitu vindicte ⁊ q; temperata ira que apud phōs inter morales virtutes numera/tur sua bullitione ⁊ accidente caliditate calorem naturalem de/bilitatum aut sopitum confortat ⁊ expergefacit ⁊ ad bonā sani/tatem iuuamentū prebet. Similiter ab inuidia cauendum est: qa ex ipsa sunt accidentia ⁊ passiones q̄ ex tristitia sequebantur: cū tristitia nihil aliud sit q̄ȝ inuidia ⁊ animi dolor de apparenti bo/no alterius. zelotopia aūt ad timorem reducitur: cum nō sit nisi timor amittendi propria bona: que plurimū diliguntur cū mole

stia animi et sollicitudine. et in tantum crescit aliqn amittendi ti
mor aut stimulosa sollicitudo ne dilecta bona perdantur. aut do
lor et tristitia dum defendi aut custodiri nequiuerunt qp sanitati
maximū nocumentum inducunt. omnes naturales virtutes de-
bilitat. digestum impedit. appetitum prosternit. suspiria et anhe-
litus difficultatem facit. et tam anime qꝫ corporis virtutes ener
uat. Ideo a zelotopia et causis zelotopiam inducentibus fugiatr.
He passiones dum modum transcendunt ad sanitatis conserua
tionem nocumentum faciunt. ¶ De coitu aūt in hoc libello nil
precipitur aut prohibetur. Tum propter honestatem religionis
Tum etiā qa in hac vltima et deteriori etate nostra aut nosipsi
experti sumus: aut apud ociosa colloquia ab expertis audiuimꝰ
qp imoderatꝰ et superfluus eius vsus et proprie subito post stoma
chi repletionem aut crapulam magnū nocumentū infert. mode
ratus vo ad sanitatis conseruationem iuuamentū prestat.

¶ Finis.

¶ Impressum Rome per Magistrum Stephanum Planck An
no domini. M. cccc. xciij. Quarto Non. Maij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. L.6.40 (b)